LI
A
51

II
A
17

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LI
A
51
NAPOLI

L 1·a·51

LVCII
ANNÆI FLORI
RERVM
ROMANARUM
Libri Quatuor.

CUM NOTIS PHILOLOGICIS
& HISTORICIS
DAVIDIS CONSTANTII.
Quibus accedunt
EXCERPTA CHRONOLOGICA.

NAPOLI



COLONIÆ ALLOBROGVM,
Apud SAMVELEM DE TOVRNES,
M. DC. LXXXIV.

EXCELLENTISSIMO, GENEROSISSIMO
ac Perilluſtri VIRO

DOMINO DOMINO

SIGISMUNDO AB ERLACH

LIB. BAR. in SPIETS *&c.*

ILLUSTRISSIMÆ REIPUBLICÆ
BERNENSIS *Conſuli, Senatus*
Bellici Præſidi,

Ut & apud Confœderatos HELVETIOS
Summo Militiæ Præfecto.

Non ſecus ac

Magnificentiſſimis, Nobiliſſimis VIRIS

DOMINIS DOMINIS

QUÆSTORIBUS, TRIBUNIS PLEBIS,
Ejuſdem Illuſtriſſimæ Reipublicæ
Patriæ Patribus,

Pientiſſimis, Benemerentibus: Muſarum
Fautoribus:

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS.

PURPURATI Homines, quique in curia ebur premunt, ſive negotiorum mole obruti, ſive dignitatis ſplendore excœcati, nimis ſibi ſuffœni muſas ſuperbi contemnunt ac elati; muſarumque cultores veluti ultimam plebis fæcem, in ſcobem cum viliſſimo hominum genere deprimere haud dubitant. Longè aliter Vobis uſu venit, SPLENDIDISSIME CONSUL, AMPLISSIMI PROCERES, exortes enim quos ducitis honores, caſtiſſimas illas Heliconis virgines non abigunt, quin potius ſub dibapho ac trabea veſtra quaſi ſub tutiſſimo azylo Præſidium & quærunt & reperiunt, & vbi aliunde per tempeſtatem ac procellas pulſæ exules, ac diu palantes oberrârunt, tandem in ſinum veſtrum

tan-

tanquam ad portum & ad aram benignè admittitis, admiſſas perpetuò jugi benevolentiæ ac favoris veſtri ſenſu erigitis & recreatis. Id fœliciſſimè expertum habent, præ cæteris literati omnes, qui in hoc infœliciſſimo ſæculo & verè ferreo, ſedibus & fortunis ejecti, decumanis illis fluctibus, quibus Eccleſiæ jactatur cymba, in agro veſtro perfugium ex humanitate veſtra reperiunt. Id ipſum experti ſunt majores mei, qui ſupra ſæculum, patriâ cedere coacti, ubi & re lauta & omnibus dignitatibus, nobilium ordini addictis, ſecuri fruebantur, ulteriúſque licuiſſet uti, ni veræ Religionis zelus prohibuiſſet, ipſoſque ab infœlici avocâſſet *Arteſia* ut in fœlicem *Helvetiam* veſtram, omnibus illis opibus & honoribus ſuſque deq; habitis, puram ſincerámque Evangelii lucem una & ſedes quietas, anxii

& ſolliciti quæſitum commigrarent. Quod ita ipſis fœliciter ceſſit, ut ſub Illuſtriſſimæ Reipublicæ Veſtræ umbone ætatem tranquillè tranſegerint, & adhuc hodie ipſorum nepotes, Vobis Ducibus & Auſpicibus, ſic annuente Deo, haud infœliciter agunt. Cùm autem mihi præter commune illud beneficium, peculiari auctoramento me obſtrictum VESTRÆ EXCELLENTIÆ voluerunt; mihi quoque & avorum ſimul ac meam gratitudinem teſtandam eſſe cogitavi: Quibus tamen undis barbaram ἀχαριςίας notam eluere poſſim, anxius quæro ac ſollicitus: Neque enim intra ſolam conſcientiam tot meritorum lætitiam coercere mihi fas eſt, neque ſolùm votivâ tabellâ eorum memoriam teſtari, ſat mihi eſſe duco: In hac igitur cogitatione & cura dum hæreo infixus.

Reſpicio,

Reſpicio, & , quæ ſit me circum copia luſtro;

Nihil ſanè occurrit opportunius, quàm FLORUS, notis & lucubrationibus meis illuſtratus & auctus: Non enim indignum faſtigio veſtro illud munus arbitror eſſe, quod veſtris objiciet oculis, & Vrbis Romæ, cunas, incrementa, triumphos, & univerſi fermè terrarum orbis, fata ac viciſſitudines brevi exhibebit manu; Exiguum equidem volumen, verùm non mole, quâ parvum cernitis, ſed pro rerum quæ in eo tractantur dignitate atque excellentiâ æſtimandum: Profanum vulgus ac craſſior mortalium turba, Balænas, Elephantos attonitis quaſi oculis admiratur. Cùm tamen apes, papiliones, formicæ, præſtantiorem admirationis materiam intra ſe contineant: Ita etiam ple-

beium ſemidoctorum agmen, immenſa quorumdam volumina admiratur magis ac ſtupet, quàm libellos Laconicè elucubratos. Toto errant, illi homines, cœlo, ita enim & arte & naturâ eſt comparatum, ut præſtantiora quæque exiguo corpore coarctentur; Longè enim ſatius eſt paucis, vel vitia perſtringere, vel commendare virtutes, quàm operoſo verborum ambitu ea omnia perſequi: Iuxta Venuſini Vatis placitum.

Quidquid præcipies eſto brevis, ut
citò dicta,
Percipiant animi dociles, teneantque
fideles:
Omne ſupervacuum pleno de pectore
manat.

Hoc, unus inter paucos, præſtitit FLORUS, qui in pauca, plurima eáque maxima contraxit, & ubi uno veluti obtutu Romani Imperii fundamenta

menta ac culmen & univerſi terrarum orbis tropica, uſurpare valemus. Quæ verò à me ei addita videbitis, VIRI MAGNIFICENTISSIMI, ut ipſum illuſtrarem, ut juventuti ſtudioſæ gratior videretur & luculentior, ſi talia ſint quæ in publicum prodire mereantur viderint alii. Hoc unicùm ſcio parùm V. E. digna eſſe; non diffiteor enim majoris quid ponderis tantæ dignitati convenire; ſed mola litet, qui Hecatomba nequit; ea tamen eſſe ſpero nec inutilia nec injucunda: Interea ingenuè fateor ea per ſe recto talo ſtare non poſſe; ſi igitur cavillationes, ſi Zoïlorum morſus effugere valeant, id omne Nominis Veſtri amplitudini ac ſplendori referre fas erit: ſicuti enim donaria quæ in Templis Diis appenſa conſpiciuntur, pretioſiora ſæpe, quàm revera ſunt cenſentur; ſic & iſtis meis ſcho-

LI
a
51

II
a
17

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LI
A
51
NAPOLI

L 1 a 51

Ll
a
5l

LVCII ANNÆI FLORI RERVM ROMANARUM

Libri Quatuor.

CUM NOTIS PHILOLOGICIS & HISTORICIS

DAVIDIS CONSTANTII.

Quibus accedunt

EXCERPTA CHRONOLOGICA.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS.

COLONIÆ ALLOBROGVM,

Apud SAMVELEM DE TOVRNES.

M. DC. LXXXIV.

EXCELLENTISSIMO, GENEROSISSIMO ac Perilluſtri VIRO

DOMINO DOMINO

SIGISMUNDO AB ERLACH

LIB. BAR. in SPIETS *&c.*

ILLVSTRISSIMÆ REIPVBLICÆ BERNENSIS *Conſuli, Senatus Bellici Præſidi,*

Ut & apud Confœderatos HELVETIOS Summo Militiæ Præfecto.

Non ſecus ac

Magnificentiſſimis, Nobiliſſimis VIRIS

DOMINIS DOMINIS

QUÆSTORIBUS, TRIBUNIS PLEBIS, Ejuſdem Illuſtriſſimæ Reipublicæ Patriæ Patribus,

Pientiſſimis, Benemerentibus: Muſarum̃ Fautoribus:

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS.

PURPVRATI Homines, quique in curia ebur premunt, ſive negotiorum mole obruti, ſive dignitatis ſplendore excœcati, nimis ſibi ſuffœni muſas ſuperbi contemnunt ac elati; muſarumque cultores veluti ultimam plebis fæcem, in ſcobem cum viliſſimo hominum genere deprimere haud dubitant. Longè aliter Vobis uſu venit, SPLENDIDISSIME CONSVL, AMPLISSIMI PROCERES, exortes enim quos ducitis honores, caſtiſſimas illas Heliconis virgines non abigunt, quin potius ſub dibapho ac trabea veſtra quaſi ſub tutiſſimo azylo Præſidium & quærunt & reperiunt, & vbi aliunde per tempeſtatem ac procellas pulſæ exules, ac diu palantes oberrârunt, tandem in ſinum veſtrum

tan-

tanquam ad portum & ad aram benignè admittitis, admiſſas perpetuò jugi benevolentiæ ac favoris veſtri ſenſu erigitis & recreatis. Id fœliciſſimè expertum habent, præ cæteris literati omnes, qui in hoc infœliciſſimo ſæculo & verè ferreo, ſedibus & fortunis ejecti, decumanis illis fluctibus, quibus Eccleſiæ jactatur cymba, in agro veſtro perfugium ex humanitate veſtra reperiunt. Id ipſum experti ſunt majores mei, qui ſupra ſæculum, patriâ cedere coacti, ubi & re lauta & omnibus dignitatibus, nobilium ordini addictis, ſecuri fruebantur, ulteriúſque licuiſſet uti, ni veræ Religionis zelus prohibuiſſet, ipſoſque ab infœlici avocâſſet *Arteſia* ut in fœlicem *Helvetiam* veſtram, omnibus illis opibus & honoribus ſuſque deq; habitis, puram ſincerámque Evangelii lucem una & ſedes quietas, anxii

 & ſol-

& ſolliciti quæſitum commigrarent. Quod ita ipſis fœliciter ceſſit, ut ſub Illuſtriſſimæ Reipublicæ Veſtræ umbone ætatem tranquillè tranſegerint, & adhuc hodie ipſorum nepotes, Vobis Ducibus & Auſpicibus, ſic annuente Deo, haud infœliciter agunt. Cùm autem mihi præter commune illud beneficium, peculiari auctoramento me obſtrictum VESTRÆ EXCELLENTIÆ voluerunt; mihi quoque & avorum ſimul ac meam gratitudinem teſtandam eſſe cogitavi: Quibus tamen undis barbaram ἀχαριςίας notam eluere poſſim, anxius quæro ac ſollicitus: Neque enim intra ſolam conſcientiam tot meritorum lætitiam coercere mihi fas eſt, neque ſolùm votivâ tabellâ eorum memoriam teſtari, ſat mihi eſſe duco: In hac igitur cogitatione & cura dum hæreo infixus.

Reſpicio, & , quæ ſit me circum copia luſtro;

Nihil ſanè occurrit opportunius, quàm FLORUS, notis & lucubrationibus meis illuſtratus & auctus: Non enim indignum faſtigio veſtro illud munus arbitror eſſe, quod veſtris objiciet oculis, & Vrbis Romæ, cunas, incrementa, triumphos, & univerſi fermè terrarum orbis, fata ac viciſſitudines brevi exhibebit manu; Exiguum equidem volumen, verùm non mole, quâ parvum cernitis, ſed pro rerum quæ in eo tractantur dignitate atque excellentiâ æſtimandum: Profanum vulgus ac craſſior mortalium turba, Balænas, Elephantos attonitis quaſi oculis admiratur. Cùm tamen apes, papiliones, formicæ, præſtantiorem admirationis materiam intra ſe contineant: Ita etiam ple-

beium ſemidoctorum agmen, immenſa quorumdam volumina admiratur magis ac ſtupet, quàm libellos Laconicè elucubratos. Toto errant, illi homines, cœlo, ita enim & arte & naturâ eſt comparatum, ut præſtantiora quæque exiguo corpore coarctentur; Longè enim ſatius eſt paucis, vel vitia perſtringere, vel commendare virtutes, quàm operoſo verborum ambitu ea omnia perſequi: Iuxta Venuſini Vatis placitum.

Quidquid præcipies eſto brevis, ut citò dicta,
Percipiant animi dociles, teneantque fideles:
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.

Hoc, unus inter paucos, præſtitit FLORUS, qui in pauca, plurima eáque maxima contraxit, & ubi uno veluti obtutu Romani Imperii fundamenta

menta ac culmen & univerſi terrarum orbis tropica, uſurpare valemus. Quæ verò à me ei addita videbitis, VIRI MAGNIFICENTISSIMI, ut ipſum illuſtrarem, ut juventuti ſtudioſæ gratior videretur & luculentior, ſi talia ſint quæ in publicum prodire mereantur viderint alii. Hoc unicùm ſcio parùm V. E: digna eſſe; non diffiteor enim majoris quid ponderis tantæ dignitati convenire; ſed mola litet, qui Hecatomba nequit; ea tamen eſſe ſpero nec inutilia nec injucunda: Interea ingenuè fateor ea per ſe recto talo ſtare non poſſe; ſi igitur cavillationes, ſi Zoïlorum morſus effugere valeant, id omne Nominis Veſtri amplitudini ac ſplendori referre fas erit: ſicuti enim donaria quæ in Templis Diis appenſa conſpiciuntur, pretioſiora ſæpe, quàm revera ſunt cenſentur; ſic & iſtis meis ſcho-

liis omnem pretii opinionem, præſidium veſtrum conciliare valebit, ſi ea adoptare velitis. Deberem nunc ſolidiſſimam Virtutum veſtrarum catenam altè & ampullatis verbis ebuccinare; ſed præterquam ſingularis veſtra modeſtia id non patitur, meæ inſuper vires id aſſequi non ſuſtinent:

Non mihi centenis reſonent ſi vocibus ora,
Multifiduſque ruat centum per pectora Phœbus;

facta veſtra celebrare queam. Quanta enim de T. E. GENEROSISSIME BARO, cui,

Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus.

haberem dicenda, ſi faſces trabeatæ tuæ Gentis, ſi præclara ac heroïca tua facinora, ſi ducendarum copiarum peritiam, ſi adminiſtrandæ Reipublicæ ſolertiam inſignem, ſi ſummam

mam tuam in ſummo Magiſtratu humanitatem, quæ uti rara eſt eorum qui rerum potiuntur, ita Tibi non aſcititia, ſed innata videtur, ſi tandem hæc omnia quibus ampliſſimum honorem es aſſequutus evulgare intenderem, fatiſcerem procul dubio ſub tanto onere: Ex tua Gente quot Orbis Bernenſis Atlantes, quot belli duces ac Martis fulmina, qui

λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα ςήσειν τά σφιν πολὺ φίλτερα
θοινῆς:

Quot tandem Helvetiæ ornamenta ac præſidia exiêre. Sed quid opus buccinatoribus ei, cui applaudunt omnes, & qui omnium ore celebratur. Ideo quoque, VOS, VIRI PROCERES, NOBILISSIMI QVÆSTORES ET TRIBUNI, meis evehere laudibus, haud aggredior: Quis enim, VOS, ſatis diceret, & ſtationis

dignitatem, virtutes, in Patriam ſtudia ac merita, in literas & literatos propenſionem dignis evulgaret encomiis, qui arduum illud tentaret opus, is Soli lumen inferre videretur; Nec grata & ſera tacebit poſteritas; Ibit enim in ſæcula, Vos fuiſſe Themidis Sacerdotes incorruptos, virtutum cuſtodes & vindices, Muſarum ſtatores, & Reipublicæ columina; nec ulla unquam erit ætas tam ingrata, nullum ſæculum adeò infœlix ac ſenſus exors, quod Vos non colet ac miretur. Sed ne diutius Vos detineam, VIRI SPLENDIDISSIMI, & ne peccem in publica commoda, manum de tabula tollo; ſupplex V. E. venerans ut æqui boniq́ue conſulant tenues hoſce conatus, & hanc publicæ meæ gratitudinis teſſeram benignè ac comiter accipere non dedignentur. Et ut me, omnium ſubje-

ctum oculis, multorum calumniis expoſitum, arduum bajulantem munus, contra malevolorum morſus, veſtra authoritate & patrocinio defendatis, conſilio, ope, ſublevetis; oro atque obteſtor. Deus Optimus Maximus, Vos Proceres Excellentiſſimi, ac veſtra omnia, quàm diutiſſimè ſervet ac tueatur. Id vovet, CONSVL EXCELLENTISSIME, PROCERES AMPLISSIMI,

V. V. E. E.

Dabam Lauſannæ.
1. Decemb. 1683.

Cultor ac Cliens addictiſſimus
DAVID CONSTANTIVS.

LECTORI
PIO AC BENEVOLO.

SATIVS mihi fortè fuiſſet, hocce Opuſculum nonum in annum premere, aut in perpetuum, quàm in publicum emittere, ſi mei rationem tantùm habuiſſem, ac meæ conſulere famæ fuiſſet animus. Opus periculoſæ aleæ plenum tractat, qui ſuas lucubrationes publici juris facit, quoniam varia & ut plurimum iniqua Zoïlorum vel ſciolorum experitur judicia, qui ſcriptores criminis ambitus inſimulant, ubi publico commodo inſervire conantur. Ipſis videbor dubio procul, auram

auram publicam captare, & velle nomini meo longum prorogare ævum & celebritatem aliquam ſectari. Verùm ab ejuſmodi κενοδοξίᾳ me eſſe alienum norunt omnes qui me norunt, & quos non latet me jam aliqua non unius argumenti, nec linguæ prælo commiſiſſe ἀνωνυμεὶ, quæ tamen viritim teruntur. Hoc unicum intendi, ut juventutis mihi commiſſæ promoverem ſtudia, ipſiusq; animos hiſtorici ſtudii & literaturæ politioris amore imbuerem: Id enim mihi negotii credidi ſolùm dari, ut in Parnaſſum ituris, faciliorem viam ſternerem. Quod ſi præſtiti, voti mei compos fio, & quocunque modo hæc à cæteris ſint accepta, ſecurus feram: Si quæ ſint, AMICE LECTOR, *quæ Tibi diſpliceant, ea, virgulâ cenſoria notare, aut prorſus expungere Tibi licet; ſi quæ Tibi grata ſint, illis fruere, & vale.*

IVSTVS LIPSIVS

Lib. 2. Elect. Cap. 5.

LUcius Annæus Florus (ita enim indigetare cum priſcis libris malim, quàm Julium: quoniam Hiſpana origine fuiſſe colligo, & niſi fallor, ex ipſa Senecarum gente) is inquam Florus compendium non tam Livii à quo ſæpe diſſentit, quàm Rerum Romanarum ſcripſit; ſi quid mei judicii eſt, compoſitè, diſertè, eleganter. Subtilitas quidem & brevitas in eo ſæpe mira; & ſententiarum quædam gemmulæ cum judicio inſertæ & veritate.

IO. ISAC. PONTANVS

In Oratione Iſagogica ad FLORVM.

LUCIUM Annæum Florum, Volaterranus Julium Florum ſecundum maluit nominare: Quòd exiſtimaret hunc eſſe eum ſecundum, cujus amicè meminit Fabius Quintilianus, qui & familiariter à ſe amatum eum addit, Virum ut miræ facundiæ ita infinitæ curæ. Iulii cognomen à Patruo Iulio Floro retinuiſſe idem conjicit. Cujus quoque Quintilianus mentionem facit inter paucos diſertum eum fuiſſe indicans, utpote in eloquentia quam in Galliis ſub extremum exercuit

Gal-

Galliarum Principem. Quam de Floro opinionem, ſi Trajani ævum quo claruit & Quintilianus & Florus noſter, reſpicimus, non abs re conjeciſſe Volaterranus cenſeri poteſt, niſi quòd duo obſtare videantur. Prius eſt ipſe Quintilianus, qui non ut hiſtoricum aut inter hiſtoricos, ſed ut Oratorem & inter eloquentiæ laude florentes utrumque & Iulium Secundum & Patruum ejus Florum concelebrat: Alterum eſt codicum veterum ſcriptura, in quibus non Iulius, ſed Lucius Annæus Florus conſtanter indigetatur. Unde colligendum doctiores voluerunt ex Hiſpania óriundum fuiſſe, & fortaſſe ex ipſa Annæorum, id eſt, Senecarum gente. Quidquid horum ſit, quod nos in medio relinquemus, illud interim rarum eſto, egregium opus eſſe hos ejus inter quatuor Rei Romanæ

manæ libros. Quos qui compendium Livii, aut breviarium faciunt, vel eo præter cætera, redargui exiſtimo, quòd in iis à Livio ſæpenumero abeat ac variet ſententia. Potius totius Imperii florentis tabulam appellabimus, cùm præſertim ipſe in prologo ſuo fateatur ſe ad exemplum eorum, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi, quaſi tabella univerſam Imperii imaginem ac magnitudinem ob oculos poſuiſſe.

SERIES

SERIES CAPITVM LIBRI I.

PROLOGVS. Pagina 1
CAPVT I. *De Romulo.* 5
II. *De Numa Pompilio.* 11
III. *De Tullo Hoſtilio.* 13
IV. *De Anco Marcio.* 16
V. *De Tarquinio Priſco.* 17
VI. *De Servio Tullio.* 20
VII. *De Tarquinio ſuperbo.* 21
VIII. *Anacephalæoſis de* VII. *Regibus.* 24
IX. *De mutatione Reipublicæ.* 26
X. *Bellum Etruſcum, cum Rege Porſenâ.* 29
XI. *Latinum.* 32
XII. *Cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus.* 37

XIII.

XIII. *Bellum Gallicum.* Pag. 40
XIV. *Latinum.* 48
XV. *Sabinum.* 49
XVI. *Samniticum.* 50
XVII. *Etruſcum, Samniticum.* 54
XVIII. *Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.* 57
XIX. *Picenum.* 67
XX. *Sallentinum.* 69
XXI. *Volſinienſe.* 68
XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. *De Seditionibus.* 69. & ſeq.

LIBRI II.

I. PROEMIVM. Pag. 77
II. *Primum Bellum Punicum.* 79
III. *Bellum Liguſticum.* 90
IV. *Gallicum.* 92
V. *Illyricum.* 94
VI. *Punicum ſecundum.* 95
VII. *Macedonicum primum.* 113
VIII. *Syriacum Regis Antiochi.* 127
IX. *Ætolicum.* 122
X. *Hiſtricum.* 123

XI.

XI. *Bellum Gallogræcum.* Pag. 124
XII. *Macedonicum ſecundum.* 126
XIII. *Illyricum.* 130
XIV. *Macedonicum tertium.* 131
XV. *Punicum tertium.* 132
XVI. *Achaïcum.* 137
XVII. *Res in Hiſpania geſta.* 140
XVIII. *Bellum Numantinum.* 145
XIX. *Anacephalæoſis.* 150
XX. *Bellum Aſiaticum.* 152

LIBRI III.

I. *Bellum Iugurthinum.* Pag. 155
II *Allobrogicum.* 160
III. *Cimbricum, Theutonicum ac Tigurinum.* 162
IV. *Thracium.* 169
V. *Mithridaticum.* 171
VI. *Piraticum.* 182
VII. *Creticum.* 186
VIII. *Balearicum.* 188
IX. *Expeditio in Cypron.* 190
X. *Bellum Gallicum.* 191

XI. *Parthicum.* Pag. 199
XII. *Anacephalaoſis.* 202
XIII. *Seditioſitas Tribunicia Poteſtatis.* 206
XIV. *Seditio Tiberii Gracchi.* 208
XV. *Caii Gracchi.* 211
XVI. *Appuleiana.* 212
XVII. *Druſiana.* 214
XVIII. *Bellum ſociale.* 218
XIX. *Servile.* 219
XX. *Spartiacum.* 225
XXI. *Civile Marianum.* 229
XXII. *Sertorianum.* 238
XXIII. *Civile ſub Lepido.* 240

LIBRI IV.

I. *Bellum Catilinarium.* Pag. 245
II. *Cæſaris & Pompeii.* 247
III. *Cæſar Auguſtus.* 278
IV. *Bellum Mutinenſe.* 281
V. *Peruſinum.* 283
VI. *Triumviratus.* 284
VII. *Bellum Caſſii & Bruti.* 286

VIII. *Cum Sexto Pompeio.* Pag. 291
IX. *Parthicum Duce Ventidio.* 293
X. *Parthicum cum Antonio.* 295
XI. *Cum Antonio & Cleopatra.* 299
XII. *Bella adverſus exteras Gentes.* 304

LUCII

LVCII ANNÆI FLORI HISTORIÆ ROMANÆ 1 *LIBRI QVATVOR.*

LIBER PRIMUS.

Prologus.

POPVLVS Romanus à Rege Romulo 2 uſque Cæſarem Auguſtum, ſeptingentos per annos,

1 Quidam addunt Epitome, non quòd hoc opus ſit Livii breviarium, nam ſæpenumero ab ipſo Livio variat ſententia, ſed vel quia eſt laxioris operis compendium, & quaſi ἀνακεφαλαιώσις, vel ideo quòd hic P.R. res geſtas quaſi in tabella óculis objiciat. 2 Uſque ad Cæſarem, vel in Cæſarem Auguſtum ut ipſe loquitur infra, in ſæculum noſtrûm, in id tempus.

3 tantùm operum pace, belloque geſſit, ut ſi quis magnitudinem Imperii cum annis conferat, 4 ætatem ultra putet. Ita enim latè ubique per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, 5 ſed generis humani facta diſcant. Nam tot laboribus, periculiſque 6 jactatus eſt, ut ad conſtituendum ejus imperium, contendiſſe Virtus & Fortuna 7 videantur. Quare quum præcipuè hoc quo-

3. Tot res, totque præclara facinora, tot victorias reportavit: quod notat difficultates quas Romani devorarunt ut Imperium ad tantum faſtigium evehere; quo ſpectat illud Virg. Ænei. 1.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

4 Cenſebit res tantas non potuiſſe tam brevi ſpatio abſolvi.

5 Univerſi terrarum orbis.

6 Agitatus, Virg. Æneid. 1. *Multum ille jactatus ab alto*; hìc enim propriè ſignificat concutere, fatigare; Sic Ovid. Eleg. 2. lib. 3. Triſt.

Dum tamen & ventis dubius jactabar & undis.

7 Frequentia fuerunt præſertim ſub Conſulibus virtutis Romanæ exempla, præſertim in bellis cum Porſenná, & Pyrro ac Annibale geſtis; hinc Authores plus virtuti quàm fortunæ tribuunt imprimis Polybius: ſed & fortuna ipſis favit quàm plurimùm ut liquet ex Plutarc. Unde R.P. fortunam tantopere venerabatur, templis variis ipſi dicatis: Colebaturque in cubiculo Principum, & unà cum Imperio tradebatur ſucceſſori.

que, ſicut cætera, operæ precium ſit cognoſcere, tamen quia ipſa ſibi obſtat magnitudo, rerumque diverſitas aciem intentionis 1 obrumpit, faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella totam ejus imaginem amplectar, nonnihil ut ſpero ad admirationem 2 principis populi 3 collaturus, ſi pariter atque in ſemet univerſam magnitudinem ejus oſtendero. Si quis ergo populum Romanum quaſi hominem conſideret, totamque ejus ætatem percenſeat, ut cœperit, utque adoleverit, ut quaſi ad quendam juventæ 4 flo-

1 Abrumpit, hinc abrumpere ſermonem, i.e. interrumpere; & ſermo abruptus, qui caret exordio. Græcè ἀπότομος λόγος.

2 Princeps idem ac primus; ita apud Cæſ. qui princeps nuntium attulit, id eſt primus. Princeps autem Senatus olim dicebatur is, quem primum in recitandis Senatorum nominibus legebant. Sic Velleius, Metellum principem luxuriæ vel magnificentiæ vocat, quod primus ædem ex marmore Romæ ædificaverit. Vell. l. 1.

3 Collaturus, additurus.

4 Flos, id eſt, excellentia, ætas integra ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. Plaut. in Caſ. ea tempeſtate flos Poëtarum fuit, id eſt, excellentiſſimus inter Poëtas. Sic flos Bacchi, odor eſt & fragrantia vini: flos veteris vini naribus objectus eſt meis, in Curcul.

rem pervenerit, ut poſtea velut 4 conſenuerit, quatuor gradus, proceſſuſque ejus inveniet. Prima ætas ſub Regibus fuit, prope 5 ducentos quinquaginta per annos, quibus circum ipſam 6 matrem ſuam cum finitimis luctatus eſt. Hæc erit ejus Infantia. Sequens à Bruto, Collatinoque Conſulibus, in Appium Claudium, Quinctum Fulvium conſules, ducentos annos 7 patet: quibus Italiam ſubegit. Hoc fuit tempus viris ar-

4 Conſenuerit, tempore defecerit: Sic apud Liv. Seneſcit civitas otio. Idem dicit: Seneſcunt conſilia, quando nimia diuturnitate ac mora vana fiunt.

5 Qui exactiùs computaverunt ab V. C. ad liberatam annos 144. numerant: Ideò noſter Authot addit propè ut ſummæ aliquid deeſſe admoneret.

6 Hæc non poſſunt clariùs explicari, quàm verbis Salmaſii: Legimus *circum ipſas cunas, cum finitimis luctatus eſt.* Omninò eleganter, ab infantibus qui minus pedibus firmi, longiùs non audent à ſuis cunis diſcedere, & circum cunas luſitant: Sic Romani illo tempore circa mœnia hærentes ſua, longius progredi non auſi, cum finitimis hinc inde laceſſentibus luctabantur.

7 Patet, extenditur: ætas patere dicitur, id eſt, habere tot annos: Sen. conſ. ad Mart. dixit, multum patuit hoc tempus.

miſque

miſque incitatiſſimum: ideo quis Adoleſcentiam dixerit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum ducenti quinquaginta anni, quibus totum orbem pacavit. Hic jam ipſa Juventa Imperii, & quaſi quædam robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto in ſæculum noſtrum haud multo minus anni ducenti: quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atque decoxit, niſi quòd ſub Trajano Principe 8 movet lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus Imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.

CAPUT I.

De Romulo, primo Romanorum Rege.

PRIMUS ille & 1 Urbis, & Imperii conditor Romulus fuit, à Marte genitus & 2 Rhea Silvia. Hoc de ſe 3 ſacer-

8 Lacertos, vires ac animum reſumit.

1 Romam intelligas quæ κατ' ἐξοχὴν, urbs dicta fuit, cum cæteræ oppida vocarentur.

Vrbe tamen natis exulis eſſe licet.

Ovid. El. 14. lib. 3. Triſt.

2 Rhea Silvia, quæ & Ilia dicta eſt Numitoris Regis Albanorum filia.

3 Id eſt, Romulum à Deo Marte progenitum. Sacerdos hic dicitur quòd Veſtalis foret, ac Veſtæ Deę ſacra curaret. Græcè ἑστία.

dos gravida confeſſa eſt: nec mox fama dubitavit, quum 3 Amulii 4 imperio abjectus in profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui, ſiquidem & 5 Tiberinus amnem 6 repreſſit: & relictis catulis 7 lupa vagitum ſequuta ubera admovit infantibus, matremque ſe geſſit. Sic repertos apud 8 arborem Regis paſtor tulit in caſam, atque educavit. 9 Alba tunc erat Latio caput, Juli opus, nam 10 Lavinium patris Æneæ contempſerat. Ab his Amulius jam bis ſeptima ſobole regnabat, fratre pulſo Numitore, cujus ex filiâ Romulus. Igitur

3 Amulii, Avi ſui.

4 Juſſu ac mandato.

5 Tiberinus, Deus Tiberis Fluvii præſes, cujus monitu Æneas, Evandri ſibi Auxilia aſcivit. Æn. 8.

6 Cohibuit.

7 Utrum lupa fuerit vel inſigne aliquod ſcortum adhuc ambigitur.

8 Ficum fuiſſe afferit Liv. lib. 1. ab V. C. quæ hinc dicta Ruminalis vel Rumina. Ovid. Faſt. 5.
Arbor erat, remanent Veſtigia: quæque vocatur.
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.

9 Alba erat Latii Metropolis à Julio Aſcanio condita.

10 Lavinium, Urbs quam Æneas condiderat, cuique nomen uxoris ſuæ Laviniæ impoſuerat.

ſtatim

ſtatim prima juventæ 11 face, patruum Amulium ab arce deturbat, avum reponit: Ipſe fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis 12 agitabat. 13 Gemini erant: uter auſpicaretur, & regeret, adhibuêre piacula. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. Prior ille ſex vultures, hic poſtea, ſed duodecim vidit. 14 Sic victor augurio, urbem excitat, plenus ſpei, bellatricem fore: ita illi aſſuetæ ſanguine & præda aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis ſufficere vallum videbatur: cujus dum irridet anguſtias Remus, 15 idque increpat ſaltu: dubium an juſſu fratris occiſus eſt, prima certè victima fuit: 16 munitionemque urbis no-

11 Fervore ac impetu: hinc faces addere alicui apud Tacit. id eſt, incendere ac inflammare ad aliquid agendum.

12 Agitabat, cogitabat, deliberabat: hinc agitare conſilia, & ſecum agitare, id eſt, ſedulò ac ſeriò cogitare.

13 Quoniam gemini erant ideo nulla fuit ætatis prærogativa, qui fit quòd utrum regeret hoc permittunt ſorti vel auſpiciis.

14 Victor quia plures viderat Vultures.

15 Hoc reipſa oſtendit ac ſaltando arguit.

16 Sanguine ſuo veluti ſacrificio, urbis propugnaculum ac vallum ſacrum fecit.

væ, ſanguine ſuo conſecravit. Imaginem urbis magis quàm urbem fecerat, incolæ deerant. Erat in proximo lucus; hunc 1 Aſylum facit: & ſtatim mira vis hominum, Latini, 2 Tuſcique paſtores, quidam etiam tranſmarini, Phryges qui ſub Ænea, Arcades qui ſub Evandro duce 3 influxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregavit corpus unum: populumque Romanum ipſe fecit. Res erat unius ætatis; 4 populus virorum. Itaque matrimonia à finitimis petita: quia non impetrabantur, manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis equeſtribus, virgines, quæ ad ſpectaculum venerant, præda fuêre: & hæc ſtatim cauſa bellorum. Pulſi fugatique Vejentes. Cæninenſium captum ac dirutum eſt oppidum.

1 Hoc Aſylum conſtituit Romulus inter Capitolium & Palatinum, quod Quercetum dicitur. Dictum aſylum ex α priv. & συλάω, rapio, prædor, vel quaſi ἄσυρον à σύρω, traho, quòd nefas eſſet inde neminem avelli.

2 Tuſci, ex Tuſcania vulgò *Toſcana*. Sic à quodam Tuſco filio Herculis dictam volunt.

3 Magna copia appulerant.

4 Ex ſolis viris ſine fœminis: ut Amazones poſſis dicere populum fœminarum.

5 Spolia

4 Spolia inſuper opima de Rege, 5 Feretrio Jovi, manibus ſuis Rex reportavit. Sabinis proditæ portæ per 6 virginem, 7 nec dolo: ſed puella pretium rei, quæ gerebant in ſiniſtris, petierat; dubium clypeos, an armillas. 8 Illi ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clypeis obruêre. Ita admiſſis ad mœnia hoſtibus, atrox in ipſo 9 aditu pugna, adeò ut Romulus Jovem oraret, ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret. Hinc templum & 10 Stator Jupiter. Tandem ſævientibus intervenêre 11 raptæ laceris comis. Sic pax

4 Spolia opima, non ſolùm magnifica ſpolia, ſed quæ Duci detrahebantur.

5 Jovi Feretrio ſic dicto, à feretro quod erat ligneum inſtrumentum quo fercula & ſpolia in pompis geſtabantur. Liv. 1. ab V. C.

6 Tarpeiam filiam præfecti Capitolii.

7 Nulla in patriam malitia vel fraude.

8 Clypeis eam obruerunt.

9 Foro alii legunt quod erat in ipſo urbis aditu, ad veterem portam palatii, ubi poſtea Romanum forum fuit.

10 Stator à ſiſtendo dictus: Seneca tamen de benef. l. 4. c. 7. Jovem ſic dictum putat quòd ejus beneficio ſtent omnia.

11 Virgines quæ fuerant raptæ interceſſerunt.

facta cum 12 Tatio, 13 fœduſque percuſſum: ſequutaque res mira dictu, ut relictis ſedibus ſuis novam in urbem hoſtes demigrarent, & cum generis ſuis avitas opes pro dote ſociarent. Auctis brevi viribus, hunc Rex ſapientiſſimus ſtatum Reipublicæ impoſuit: juventus diviſa per 14 tribus, in equis, & in armis ad ſubita belli excubaret: conſilium Reipublicæ penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate 15 PATRES; ob ætatem, 16 SENATVS vocabantur. His ita ordinatis, 17 repente quum, concionem

12 Tatio Rege Sabinorum.

13 Percutere fœdus, ferire fœdus, id eſt, ſancire & firmare: hiſce præcipuè conditionibus ut à Romulo Urbs Roma vocaretur & Populus à Curibus Tatii Patria Quirites diceretur. Ovid. faſt. l. 2.

14 Tribus, id eſt, claſſes vel curiæ, tribus dictæ vel à tributo dando: vel quòd tres tantùm fuerint à Romulo creatæ: Tatienſis à Tatio: Ramnia vel Ramnenſis à Romulo: Lucerum à Lucumonibus, id eſt, Tuſcis: tempore verò Ciceronis Urbs in 35. tribus diviſa erat in Orat. contra Rull. pro lege Agraria.

15 Qui inſuper ſublecti fuerunt: Patres Conſcripti dicti ſunt.

16 Hæc ætas fuit inter 50. & 60. annum.

17 Horatius tamen aſſentitur illis qui ſepultum Romæ poſt Roſtra dicebant. Od. 16. Ep. *Quaque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini, Nefas videre diſſipabit Inſolens.* Vide Claudian. de bello Getico.

haberet, ante urbem apud 4 Capreæ paludem, è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à Senatu putant ob aſperius ingenium, ſed oborta tempeſtas, Soliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuêre; cui mox Julius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans auguſtiore forma quàm fuiſſet: mandare præterea, ut ſe pro Numine acciperent, 5 QVIRINVM in cœlo vocari: placitum Diis, ut gentium Roma potiretur.

CAPUT II.

De Numa Pompilio.

SUccedit Romulo Numa Pompilius: quem 6 Curibus Sabinis agentem, 7 ultro petivêre, ob inclytam viri religio-

4 Hinc is dies Nonę Caprotinæ dictus.

5 Hinc quidam exiſtimant Romanos Quirites dictos.

6 Cures opulentiſſima fuit Sabinorum Urbs: ex qua evocati ſunt T. Tatius & Numa Reges: unde Romani Quirites cognominati fuerunt: Numam autem dictum ἀπὸ τῶν νόμων à Legibus quas inſtituit, filius Pomponis Pompilii.

7 Ultro, ſponte non laceſſiti.

nem. Ille 8 ſacra, & cæremonias, omnemq; cultum Deorum immortalium docuit : ille 9 Pontifices, 10 Augures, 11 Salios, 12 cæteraque ſacerdotia, annum quoque in duodecim menſes, 13 faſtos dies, nefaſtoſq; deſcripſit. Ille 14 Ancilia atque 15 Palladium, ſecreta quædam Imperii pignora,

8 Id eſt, omnia quæ ad Deorum cultum pertinent, cæremoniæ ita dicti ſunt ritus religionis à Cære Hetruriæ oppido, quòd Virgines Veſtales in eam ſe recepiſſent, capta urbe, unà cum ſimulacris Deorum, in cujus beneficii memoriam Romani ſanxerunt ut ritus religioſi cæremoniæ dicerentur. Val. Max.

9 Pontifices, eorum officium fuit de religionis ritibus cognoſcere.

10 Augures interpretes Auguriorum, qui ex avium volatu, cantu, paſtu, futura prædicebant.

11 Salii Martis Sacerdotes à ſaliendo ſic dicti, quòd ſaltando Ancilia geſtarent : Saliaris verò cœna ac ſaliares dapes apud Horat. ſunt lautæ dapes.

12 Fuerunt varii ordinis Sacerdotes, ita dicti quòd res ſacras curarent.

13 Faſti dies quibus licebat jus dicere : Nefaſti contrà.

14 Brevia ſcuta ac rotunda.

15 Palladium, imago Palladis, hæc omnia imperii pignora, quòd putarent Romani dum hæc in urbe haberent, eam fore ſempiternam.

16 Ja-

16 Janumque geminum, fidem pacis ac belli: in primis focum Veſtæ virginibus colendum dedit, ut ad ſimilitudinem cœleſtium ſiderum, 17 cuſtos Imperii flamma vigilaret. Hæc 18 omnia quaſi monitu Deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eò denique ferocem populum redegit, ut quod vi & injuria occupaverat imperium, religione, atque juſtitia gubernaret.

CAPUT III.

De Tullo Hoſtilio.

EXcipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius: cui in honorem virtutis Regnum ultro datum. Hic 19 omnem militarem diſci-

16 Janus geminus vocatur quòd bifrons pingeretur: Romæ templum habuit, quod pacis tempore claudebatur, ac bello durante patebat: hinc Janus Patuleius & Cluſius cognominabatur.

17 Putabant Romani poſt ejus extinctionem, Urbis & Imperii everſionem ſequuturam.

18 Fingebat enim Numa ſe hæc omnia ordinare juſſu iſtius Deæ, ut populus facilius ea reciperet quaſi è cœlo delapſa.

19 Virgilius Æneid. 6. de Tullo ſic loquitur: *Reſideſque movebit, Tullus in arma viros, & jam deſueta triumphis agmina* &c.

plinam

plinam, artemque bellandi 2 condidit. Itaque mirum in modum 3 exercita juventute, provocare auſus 4 Albanos, 5 gravem, & diu principem populum: ſed quum pari robore frequentibus prœliis utrique comminuerentur, miſſo in compendium bello, Horatiis, Curiatiiſque, 6 tergeminis hinc atque inde fratribus, utriuſque populi fata commiſſa ſunt. 7 Anceps, & pulchra contentio, exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad

2 Inſtauravit ac correxit.

3 Exercitata, id eſt, Juvenibus exercitatis.

4 Albam intelligit in Latio ſitam ab Aſcanio conditam, quæ aliter Alba longa dicta eſt.

5 Robuſtum ac fortem populum. Virg. Æn. 5. *Prima pares ineunt gravibus certamina remis.*

6 Tergemini, tres eodem editi partu, hinc apud Statium jus prolis tergeminæ, & fulmen Jovis tergeminum, id eſt, triſulcum. Mors autem tergemina, eſt certiſſima & exploratiſſima, tergeminum igitur idem ac maximum Mart. l. 5. epiſt. 93. *Tergeminum mugiat ore ſophos.* Tergemini honores apud Flaccum, id eſt, ampliſſimi, *certat tergeminis tollere honoribus.*

7 Pugna dubia fuit, ſic apud Velleium, dubia ac interdum ancipiti fortuna bellum geſtum fuit.

8 vir-

8 virtutem dolo ; ut diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam : ſinguloſque, prout ſequi poterant, adortus, exſuperat. Sic (rarum) unius manu parta victoria eſt : quam ille mox parricidio fœdavit. Flentem ſpolia circa ſe ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem viderat, hunc tam immaturum virginis amorem ultus eſt ferro. 9 Citavêre leges nefas : ſed abſtulit virtus parricidam : & facinus intra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus. Nam Fidenate bello miſſi in auxilium ex fœdere, 10 medii inter duos exſpectavêre 11 fortunam. Sed Rex callidus, ubi inclinare ſocios ad hoſtem videt, 12 tollit animos quaſi ipſe mandaſſet, ſpes inde noſtris, metus hoſtibus. Sic fraus prodito-

8 Homerus dixit ἢ δόλῳ ἠὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν ἠὲ κρυφηδὸν, ſive dolo ſive vi, clamve palamve: & Virg. *Dolus an virtus quis in hoſte requirat.*

9 Horatius in judicium ob illud nefas citatus ; ſed liberatus fuit ob reportatam victoriam.

10 Cunctabundi & dubii quò ſe verterent.

11 Pugnæ eventum.

12 Tollit animos : Audaciam Romanis facit: Virg. Æneid. 10. *Animos tamen omine tollit* : Et apud Propert. lib. 3. eleg. 8.

I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos.

rum

rum irrita fuit. Itaque hoſte victo, ruptorem fœderis Metium 4 Fufetium religatum inter duos currus, 5 pernicibus equis diſtraxit: Albamque ipſam quamvis parentem, æmulam tamen, diruit, quum prius omnes opes urbis, ipſumque populum Romam tranſtuliſſet: prorſus ut conſanguinea civitas non periiſſe, ſed in ſuum corpus rediiſſe rurſus videretur.

CAPUT IV.

De Anco Marcio.

Ancus deinde Marcius, 6 nepos Pompilii, pari ingenio. Hic igitur & mœnia muro amplexus eſt, & 7 interfluentem Urbi Tiberinum ponte commiſit: Oſtiamq; in ipſo maris, fluminiſq; confinio coloniam poſuit, jam tum videlicet 8 præſagiens

4 Alii legunt Suffetium, & Suffectum.

5 Celeribus.

6 Nepos Numæ ſecundi Regis.

7 Sublicium pontem intellige, quo conjunxit Urbem & Janiculum.

8 Prævidens: ſagire autem apud Veteres ſignificat acutè ſentire, ex quo ſagæ anus dictæ quia multa ſcire volunt, & canes ſagaces dicuntur.

animo

animo futurum, ut totius mundi opes, & 9 commeatus illo veluti maritimo Urbis hoſpitio reciperentur.

CAPUT V.

De Tarquinio Priſco.

TArquinius poſtea Priſcus, quamvis 10 tranſmarinæ originis, Regnum ultro petens, accipit, ob induſtriam atque elegantiam: quippe qui 11 oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & Senatus majeſtatem numero ampliavit, & 12 centuriis 13 tribus auxit: quamvis Attius Næ-

9 Commeatus propriè eſt facultas abeundi, vulgò ſalvus conductus: ſed hîc & perſæpe ſumitur pro cibariis ad alimoniam vel urbis vel exercitus: trium dierum commeatus, proverbio dicitur, quum inſtat extrema paupertas: Miles commeatilis apud *Iuſt.* qui in ſtipendii partem alimenta accipit.

10 Ipſius enim pater Corintho mercaturam exercuit ubi diem viderat.

11 Corinthus, Achaïæ urbs duplici portu nobilis, hinc à Poëtis bimaris dicta: Strabo putat hanc olim vocatam fuiſſe Corcyram.

12 Quos Tarquinius Senatoribus à Romulo creatis adjecit minorum gentium vocati ſunt.

13 Tribus, id eſt, claſſes ac ordines.

vius numerum augeri prohiberet, ſummus augurio, quem Rex in experimentum rogavit, fierine poſſet, quod ipſe mente conceperat? Ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit. Atqui hoc, inquit, agitabam, an 4 cotem illam ſecare novacula poſſem? Augur, Potes ergo, inquit, & ſecuit. Inde Romanis ſacer Auguratus. Neque pace Tarquinius quàm bello promptior. Duodecim namque 5 Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. 6 Inde Faſces, 7 Trabeæ,

4 Cos lapis quo cultri acuuntur: ſunt enim vel olearii vel aquatici: olearii quos oleo madefacimus ad acuendum, aquatici, quos aquâ madefacimus: Cotem alere dicitur proverbialiter in edaces homines qui nihilo tamen habiliores redduntur.

5 Videl. Arretini, Cerites, Cluſini, Faliſci, Fæſulani, Petulini, Piſani, Populonienſes, Ruſellani, Veientes, qui Hetruriæ principes populi fuêre.

6 Faſces apud Romanos Magiſtratuum inſignia quæ illis à Lictoribus præferebantur. Conſulibus duodeni: Tribunis verò ac Prætoribus ſeni. Erant autem ex virgis betulæ in quibus ſecuris includebatur.

7 Trabea veſtis genus, cujus tria fuerunt genera: Unum quod diis ſacratur tantùm de purpura: Aliud Regum purpuræ aliquid albi habens admixtum. Tertium Augurale ex purpura & cocco miſtum. Trabeati qui trabea erant induti. Dicta trabea quòd pannorum trabes haberet. *Turneb.*

8 Curules, 9 Annuli, 10 Phaleræ, 11 Paludamenta, 12 Prætexta: inde, quod aureo curru quatuor equis triumphatur: 13 Togæ pictæ, tunicæque 14 Palmatæ: omnia denique decora, & inſignia, quibus Imperii dignitas eminet.

8 Sella eſt eburnea curru impoſita quo vehebantur in curiam qui majorem magiſtratum gerebant: hinc apud *Hor.* curule ebur. Hinc curulis ædilitas: Curules triumphi *Suet. in Aug.*§.22.

9 Annuli & anuli, circuli Aurei quibus Equites Romani donabantur: ſolis liberis conceſſi; Libertini verò argenteis, ſervi ferreis utebantur.

10 Phaleræ Equorum ornamenta, φάλαραι, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ: quod ſignificat illuſtre.

11 Paludamentum chlamys imperatoria: aliter punica toga, quòd purpurea foret.

12 Fuit veſtimenti longioris genus, quo utebantur ingenui pueri, ideo prætextati dicti.

13 Togæ pictæ ſcilicet acu, in quibus figuræ ita repræſentabantur ut ad picturæ ſimilitudinem accederent: Veſtis Romanis propria ut pallium Græcis, hinc Togati pro Romanis familiare: Tunica autem fuit veſtis interior, à tuendo corpore ſic dicta ſi Varroni fides.

14 Palmata quæ triumphantium erat, palmam habebat intextam: Tertul. de cor. mil. *Hic eſt habitus victoriæ noſtræ, hæc palmata veſtis.*

CAPUT

CAPUT VI.

De Servio Tullio.

SErvius Tullius deinceps gubernacula Urbis invadit : nec [15] obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerva creatum. Nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat : & clarum fore, viſa circa caput flamma promiſerat. Ergo [16] inter Tarquinii mortem, annitente Regina, ſubſtitutus in locum Regis quaſi ad tempus, Regnum dolo partum ſic egit induſtriè, ut jure adeptus videretur. Ad hoc Populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque collegiis diſtributus: ſummaque Regis ſolertia ita eſt ordinata Reſpublica : ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina [17] in tabulas referrentur, ac ſic maxima

15 Obſcuritas, humilitas, ignobilitas, hinc obſcurare pro extenuare humilemque reddere, cui opponitur celebrare. Salluſt. *Fortuna res cunctas ex libidine magis quàm ex virtute celebrat, obſcuratque.*

16 Dum animam agit.

17 In tabulas redigerentur, tabulæ autem dicebantur codicilli ex ligno cera obducti, in quibus olim acta publica, & teſtamenta inſcribebantur.

civitas

civitas, minimæ domus diligentia contineretur.

CAPUT VII.

De Tarquinio Superbo.

POſtremus omnium fuit Regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum. Hic regnum avitum, quod à 1 Servio tenebatur, rapere maluit, quàm exſpectare: immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit 2 quàm acquiſierat. Nec 3 abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum Regem ſalutaret, ſuper 4 cruentum patrem, vecta 5 carpento, conſternatos equos

1 Fuit enim nepos Tarquinii Priſci de quo ſuprà.

2 Imperium enim iis artibus retinetur quibus initio partum eſt: Sal. in Cat. & in orat. 2. ad Cæſar. quibus ille rebus Rempub. conturbavit, eiſdem tibi eſt reſtituenda.

3 Non erat marito diſſimilis, nec ab ipſius moribus aliena.

4 Cruor eſt ſanguis è vulnere fuſus: cruentum quod tali cruore aſperſum eſt: hinc apud Ovid. de triſt. lib. 3. *cruenta ara Dianæ*: ſed ſumitur aliquando pro crudeli: cruenta vox & cruenta oratio.

5 Vehiculi genus rotatum ac loris ſuſpenſum.

egit,

egit, ſed ipſe in Senatum cædibus, in omnes 6 ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bonis, graſſatus, quum ſævitiam jam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt. Sic valida oppida in 7 Latio capta ſunt, Ardea, Ocriculum, Gabii, Sueſſa, Pometia. Tum quoque cruentus in ſuos, neque enim filium verberare dubitavit, ut ſimulanti 8 transfugam, apud hoſtes hinc fides eſſet. Cui hoſteria di finocho Gabiis, ut voluerat, recepto, atque per nuncios conſulenti quid fieri vellet, eminentia fortè papaverum capita virgula decuſſit, quum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet, quæ ſuperbia ſic reſpondit. 9 Tamen de manu-

6 Addit Jordanes *in plebem verberibus.*

7 Latium, aliàs *Campania Romana* & Latina: vulgò *Campagna di Roma*: putat Bochartus, eam eſſe regionem quæ hebr. כתים cittim, pariter à latendo vel abſcondendo. Phal. l. 3.

8 Transfuga, qui ad hoſtes defecit vel perfugit: dicitur aliter perfuga: quidam tamen diſtinguunt dicendo, transfugam eſſe eum qui venit ut juvet: perfuga ut juvetur & ſupplex venit.

9 Manubiæ, ſunt ſpolia hoſtibus erepta, præda tamen & manubiæ non ſunt unum & idem: præda enim dicuntur corpora ipſa rerum quæ capta ſunt; manubiæ verò dicuntur pecuniæ quæ à Quæſtore ex prædæ venditione redactæ ſunt. Hinc apud Plaut. Amicus manubiarius qui exuvias affert & ſpolia. *Turneb.*

biis captarum urbium 2 templum erexit: quod quum inauguraretur, cedentibus cæteris Diis (mira res dictu) reſtitêre 3 Juventas, & 4 Terminus. Placuit vatibus contumacia Numinum. Siquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod 5 molientibus ædem, in fundamentis humanum repertum eſt caput: nec dubitavêre cuncti, monſtrum pulcherrimum, Imperii ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam Regis Populus Romanus perpeſſus eſt donec aberat libido; hanc ex liberis ejus 6 importuni-

2 Capitolium ut avi ſui vota perſolveret.

3 Juventas. Juventutis Dea Junonis filia: ut Ganymedes Jovi, ita Juventas cæteris Diis pocula miniſtrabat: Græcis ἥβη: *Et parum comis ſine te Juventas.* Od. 30. l. 1. Hor.

4 Terminus Deus fuit in cujus tutela agrorum fines eſſe dicebantur. Hujus ſacra dicta fuerunt terminalia decimo Cal. Mart. celebrabantur: primo ex Numæ inſtituto incruenta, ſed poſtea hoc more intermiſſo, ſuem aut agnam mactabant, ut conſtat ex Ovid. & ex Horat. Vide Hoſpin. de Feſtis p.m. 109.

5 Molientibus, incipiētibus, fundamēta jaciētibus.

6 Hic importunitas ſumitur pro immanitate ſeu nefando aliquo ſcelere, ſic *Cic. pro Cluent.* Hujus importunitatem matris à filii capite depellite. Aliter ſignificat intempeſtivitatem, quæ neque temporis neque loci obſervat opportunitatem.

tatem tolerare non potuit. Quorum quum alter ornatiſſimę fœminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro 7 expiavit. Imperium tum Regibus 8 abrogatum.

CAPUT VIII.

9 *Anacephalæoſis de ſeptem Regibus.*

HÆc eſt prima ætas populi Romani, & quaſi infantia, quam habuit ſub Regibus ſeptem, quadam fatorum induſtria, 10 tam variis ingenio, ut Reipublicæ 11 ratio & utilitas poſtulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit ut invaderet Regnum. Quid Numa religioſius? ita res poſcit, ut ferox populus Deorum metu miti-

7 Expiavit, purgavit, punivit, utrumque enim ſignificat.

8 Hic dies *dictus fuit* regifugium *Ovid. lib.* 2. *faſtor.* bis à Romanis quotannis celebrabatur.

9 Ἀνακεφαλαίωσις recapitulatio, redactio ad ſummam, ab ἀνακεφαλαιόω capita ſive ſummas repeto, ab ἀνὰ & κεφαλὴ caput.

10 Natura ac moribus differentibus, alius bellator, alius ſacricola.

11 Commodum ac utilitas, hinc rationem ſui ducere, id eſt, ut loquuntur indocti habere reſpectum ad ſuum commodum. *Cic. ad Treb. l.* 7.

garetur.

garetur. Quid ille militiæ artifex Tullus? bellatoribus viris quàm neceſſarius! ut acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? ut Urbem 1 colonia extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam verò Tarquinii ornamenta, & inſignia quantam principi Populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatem! Actus à Servio 2 cenſus quid effecit niſi ut ipſa ſe noſceret Reſpublica? Poſtremò Superbi illius importuna dominatio, nonnihil, immo vel plurimum profuit. Sic enim effectum eſt, ut agitatus injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

1 Colonia oppidum in quod Magiſtratus ex urbe cives traducebant: de quibus vide *Gell. 13. lib. 16. & Senec. c. 7. de conſol. ad Elv.*

2 Cenſus dicebatur bonorum æſtimatio, ſecundùm quam tributa pendebantur. Unde cenſum agere eſt hominum facultates recenſere. *Liv. 1. ab V. C.*

CAPUT IX.

De Mutatione Reipublicæ.

IGitur 3 Bruto, 4 Collatinoque ducibus, & 5 auctoribus, quibus ultionem ſui moriens matrona mandaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus, quodam quaſi 6 inſtinctu Deorum concitatus, Regem repente 7 deſtituit,

3 Ab iſto Junia familia cognomen Bruti ſortita eſt: is autem L. Junius dictus fuit, & Brutus cognominatus à ſimulata ſtultitia, ut Tarquinii ſuperbi crudelitatem & inſidias effugeret. Ovid. 2. faſt.

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, ut eſſet,
Tutus ab inſidiis, dire ſuperbe tuis.

Ingenium indolis ſuæ tanquam per ambages oſtendebat, in corneo illo baculo qui aurum habebat incluſum.

4 Collatinus Lucretiæ maritus.

5 Suaſoribus: ſic apud *Vell.* ut Author fieret ſumendi ſupplicii proconſul.

6 Divino afflatu: ſic *Plin. in pan.* Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam ac imperio.

7 Ei parere noluit, deſtituere enim ſignificat, ut plurimùm deſerere, ſed præcipuè rem promiſſam non præſtare, ut qui promiſſam pecuniam non ſolvit. *Turneb. lib. 1. c. 11.*

ſtituit, bona diripit, 8 agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen & 9 indice, & nomine, quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex: ne poteſtas ſolitudine, vel mora corrumperetur. CONSVLESQVE appellavit pro Regibus, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent. Tantumque libertatis novæ gaudium inceſſerat, ut vix mutati ſtatus fidem 10 caperent: 11 alterumque ex Conſulibus, tantum ob nomen & genus Regium, faſcibus abrogatis, Urbe dimitterent. Itaque ſubſtitutus Valerius Publicola ex ſummo ſtudio annixus eſt 12 ad augendam liberi

8 Hinc Campus Martius dictus fuit, in quo poſtea Romani Juvenes ſe exercebant: *Cur Apricum oderit Campum, patiens pulveris atque ſolis:* Hor. O. 1. 8. ſitus fuit inter Urbem & Tiberim.

9 Alii jure, ſed ineptè, alii Judice, ſed non melius: Indice igitur mutato, id eſt, mutatis inſignibus ac ornamentis regiis.

10 Intelligerent, comprehenderent.

11 Collatinum intellige, cui nomen erat L. Tarquinius: Collatinus verò dictus à Collatia oppido, ubi plurimùm degebat.

12 Ex ſummo ſtudio, Græciſmus, ἐκ πολλῆς σπουδῆς, ſic apud Plautum, ex ſumma ope, Item apud A. Gell. ex ſummis viribus.

Populi majeſtatem. Nam & faſces ei pro concione ſubmiſit, & jus 2 provocationis adverſus ipſos dedit. Et ne ſpecie arcis offenderet, 3 eminentes ædes ſuas 4 in plána ſubmiſit. Brutus verò favori civium, etiam domus ſuæ clade & parricidio 5 velificatus eſt. Quippe quum ſtudere revocandis in urbem Regibus 6 liberos ſuos compeiſſet, protraxit in forum, & concione mediâ virgis cecîdit, & ſecuri percuſſit: ut planè publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi Populum videretur. Liber jam hinc populus Romanus, prima adverſus exteros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde 7 pro ſociis, tum pro gloria & Imperio, laceſſentibus aſſiduè 8 fi-

2 Jus appellationum ad populum, unde hæc lex Valeria dicta fuit, & à Cicer. de orat. 2. patrona civitatis ac libertatis vindex dicitur.

3 Quaſi in ſumma Velia ædificatas.

4 In planitie ædificavit: vide *Plut.* in ejus vita.

5 Velis remiſque operam dedit ut favorem & gratiam populi ſibi conciliaret.

6 Titum & Tiberium.

7 Socios Romani appellabant quos ita conjunctos habebant ut & belli & pacis eſſent participes *συμμάχους*.

8 Vicinis ſubinde ac paſſim irritantibus. Sic apud Ovid. l. 4. El. ult. *Finitimis circumſonor armis.*

quequaque finitimis : quippe quum patrii ſoli 9 gleba nulla, ſed ſtatim 10 hoſtile pomœrium, mediuſque inter Latium & Tuſcos, quaſi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in hoſtem incurreret: donec quaſi contagione quadam per ſingulos itum eſt : & proximis quibuſque 11 correptis, totam Italiam ſub ſe 12 redigeret.

CAPUT X.

Bellum Etruſcum cum Rege Porſena.

PUlſis ex Urbe Regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam 13 Porſena Rex Etruſcorum ingentibus copiis

9 Gleba dicitur quaſi globus, fruſtum terræ: hinc proverbium, gleba arvum, ſub. auget. Βῶλος ἄρουραν ſub. ἀυξάνει, ubi quis exigua maximis apponit, credens ſe non nihil juvare ; Glebæ verò adſcriptitii tales erant ſervi qui unà cum agro vendi poterant.

10 Pomœrium ſpatium inter murum & extra, inauguratò in condendis urbibus conſecratum, in quo ædificare nefas erat.

11 Finitimis devictis ac debellatis.

12 Alii redegerunt.

13 De hoc ſic Virg. *Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat accipere.*

aderat, & Tarquinios 14 manu reducebat. Hunc tamen, quamvis & armis & 15 fame urgeret, occupatoque 16 Janiculo ipſis Urbis 17 faucibus 18 incubaret, ſuſtinuit, repulit, noviſſimè etiam tanta admiratione perculit, ut ſuperior ultro cum pæne victis amicitiæ fœdera feriret. Tunc illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Clœlia; 19 quæ niſi in annalibus forent,

14 Manus hîc multitudinem & exercitum ſignificat. Sic apud Virg. Æneid. 6.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

15 Plus eſt fame quàm bello ſive armis premi: ſæpius enim penuria quàm pugna conſumet exercitum, & ferro ſævior fames eſt: Veget. l. 3.

16 Janiculum, oppidum fuit in Janiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Jano conditore: *Hanc Ianus pater; hanc Saturnus condidit Vrbem: Ianiculum huic; illi fuerat Saturnia nomen.* Æn. 8.

17 Fauces, ſunt propriè ſuperior pars gulæ: Sic apud Plaut. Moſtel. *Miſerum eſt opus fodere puteum, ubi fauces ſitis tenet.* Sed Metaphor. ita vocantur ſtricti & anguſti vallium ingreſſus: *Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci.* Æn. 6.

18 Inhæreret, immineret Porſenna.

19 Annales dicuntur res geſtæ, quæ de anno in annum in hiſtorias rediguntur, memoria publica. Gell. *Et vacet Annales noſtrorum audire laborum.* Æn. 2.

hodie

hodie fabulæ viderentur. Quippe 5 Horatius Cocles, poſtquam hoſtes undique inſtantes ſolus ſubmovere non poterat, 6 ponte reſciſſo tranſnatat Tiberim, nec arma dimittit. Mutius 7 Scævola Regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur: ſed ubi fruſtrato circa 8 purpuratum ejus ictu tenetur, ardentibus focis injicit manum, terroremque geminat dolo. Ut ſcias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti juravimus, quum interim (immane dictu) hic interritus, ille trepidaret, tanquam manus Regis arderet. Sic quidem viri: ſed ne quis ſexus à laude ceſſaret, ecce & virginum virtus. Una ex obſidibus Regi data,

5 Cocles monoculum ſignificat, is autem Plutarcho teſte in vita Publ. Horatium ita cognominatum fuiſſe, quòd in bello alter oculus ipſi erutus fuiſſet.

6 Ponte ſublicio.

7 Scævola qui ſiniſtrâ tantùm utitur manu, quam Græci σκαιὸν dicunt.

8 Ita dicti ſunt qui apud Principes præcipua pollent dignitate: Ita Q. Curtius Satrapas purpuratos vocat: Sic Liv. 1. bel. pun. Cum Duce Athenagora uno ex purpuratis. Mulieres autem purpuratæ erant nobiliores: ut ingenuæ albatæ, libertinæ verò atratæ. Vide Artemid.

10 elapſa cuſtodiam, Clœlia, per patrium flumen equitabat. Et Rex quidem tot tantiſque virtutum territus monſtris, valere liberoſque eſſe juſſit. Tarquinii tamdiu dimicaverunt, donec Aruntem filium Regis manu ſua Brutus occîdit, ſuperque ipſum mutuo vulnere exſpiravit; planè quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur.

CAPUT XI.

Bellum Latinum.

11 LAtini quoque Tarquinios 12 aſſerebant 13 æmulatione, & invidia; ut

9 Obſes vocatur qui datur ob fidem ſervandam: *Miſſi de Gente Moloſſa obſidis unius jugulum mucrone reſolvit*: Ovid. 1. Met.

10 Ubi effugiſſet cuſtodes, & locum in quo aſſervabatur. Sic Tacitus pugnam & vincula elapſi.

11 Latini vide ſup. ad cap. 7.

12 Aſſerebant, defendebant, vindicabant: Aſſertores dicuntur alienæ cauſæ vindices aut libertatis. Sic apud Suet. in Tib. c. 2. aſſertores dignitatis. Mart. l. 1. 25. Aſſertores Camillos ac Curios dicit: id eſt, publicæ libertatis vindices.

13 Hæc duo perpetuò conjunguntur: Invidia eſt quaſi fomes æmulationis, nam ut loquitur Plin. ad Trai. c. 84. 2. exardeſcit invidia: æmulatio autem propriè eſt certamen de conditione, contentio ob dignitatem.

Populus, qui foris dominabatur, ſaltem domi ſerviret. Igitur omne Latium 4 Mamilio Tuſculano duce, quaſi in Regis ultionem tollit animos. Apud Regilli lacum dimicatur, diu 5 Marte vario, donec Poſtumius ipſe Dictator 6 ſignum in hoſtes jaculatus eſt (novum & inſigne commentum) uti peteretur curſu. Coſſus equitum Magiſter 7 exuere frenos imperavit (& hoc novum) quo acrius incurrerent. Ea demum atrocitas fuit prælii, ut interfuiſſe ſpectaculo Deos fama tradiderit: duos in candidis equis, 8 Caſtorem atque Pollucem nemo dubitârit. Itaque & Imperator veneratus eſt, pactuſque victoriam templa promiſit: & reddidit, planè quaſi commilitonibus Deis

4 Alii Manlio, ſed malè: Is autem Mamilius Octavius Livio dicitur, quem ſibi generum conſtituerat Superbus.

5 Victoria modò in hanc, modò in aliam partem propendente.

6 Signum, id eſt, vexillum. Sic apud Luc. *Infeſtiſque obvia ſignis ſigna, pares aquilæ & pila minantia pilis.*

7 Detrahere equis frenos: vide ſimile factum apud Val. Max. l. 3. c. 2.

8 Fratres gemini Jovis ex Leda filii.

9 ſtipendium. Hactenus pro libertate: mox de finibus cum eiſdem Latinis aſſiduè, & ſine intermiſſione pugnatum eſt. 10 Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerunt: Satricum atque Corniculum provinciæ. De 11 Verulis & Bovillis; pudet, ſed triumphavimus. * Tibur nunc ſuburbanum, & æſtivæ † Præneſte deliciæ, 12 nuncupatis in Capitolio votis petebantur. Idem tunc ¶ Fæſulæ; quod 13 Carræ nuper; idem nemus Aricinum, quod Hercynius 14 ſaltus: Fregellæ, quod § Ge-

9 Æs militare, merces quæ militibus datur: à ſtipe & pendo. Stips autem eſt pecuniæ genus quod per capita colligitur. Hæc res magnam ſtipem confert: id eſt, fructum. Colum. l. 7.

10 Oppidum Campaniæ, Algidum verò Æquorũ.

11 Oppida hæc duo fuerunt in Latio, ut & duo præcedentia Satricum & Corniculum.

12 Votum nuncupare & votum expreſsè declarare ac clara voce: conceptivum verò votum eſt quod in mente concipitur.

13 Urbs Meſopotamiæ borealis in qua Amed olim Metropolis.

14 Saltus in genere ſignificat locum incultum ut ſunt Sylvæ & Montes: Sic Cicero vocat Pyreneos montes, ſaltus pyreneos: ſaltum verò Plinius vocavit, cubile ſive luſtrum cervarum l. 8. c. 32. Hercynius autem ſaltus: eſt Hercynia ſylva in Germania; Germanis Svvartzvald.

* *Tivoly.* † *Paleſtrine.* ¶ *Fieſoly.* § *Calais.*

ſoriacum: Tiberis, quod Euphrates. Coriolus quoque (proh pudor!) victus, adeò gloriæ fuit, ut captum oppidum Caius Marcius Coriolanus quaſi Numantiam aut Africam, nomen induerit. Exſtant & parta de 1 Antio ſpolia, quæ Mænius in ſuggeſtu fori, capta hoſtium claſſe, ſuffixit; ſi tamen illa claſſis: nam ſex 2 fuêre roſtratæ. Sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. Pervicaciſſimi tamen Latinorum Æqui & Volſci fuêre, & quotidiani, ut ita dixerim, hoſtes. Sed hos præcipuè Lucius Quinctius domuit, ille Dictator ab aratro: qui obſeſſa, ac pænè jam capta Marci Minucii Conſulis caſtra, egregia virtute ſervavit. Medium erat fortè tempus ſementis, quum patricium virum innixum aratro ſuo, lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatio-

1 Antium fuit Volſcorum Metropolis maritima.

2 In prora æneo roſtro munitę, unde Virgil. æratas naves vocavit Χαλκεμβόλους, quòd Ἔμβολαὶ eſſent ex ære: Roſtrata corona, id eſt, navalis: Hinc templum Roſtra dictum in quo appenſa fuerant ſpolia Antiatium.

ne ceſſaret, victos more pecudum ſub 3 jugum miſit. Sic expeditione finita, rediit ad boves rurſus, triumphalis agricola. 4 Fides Numinum! qua velocitate! intra quindecim dies cœptum, peractumque bellum: prorſus ut feſtinaſſe Dictator ad relictum opus videretur.

3 Jugum hoc erat ex haſtis diſpoſitis in ſpeciem patibuli, ſignum extremæ ſubjectionis: hinc ſubjugare pro debellare; hinc Metaph. apud Ciceronem ſumitur pro tyrannide vel ſervitute: Jactare jugum apud Juven. ſignificat impatienter ferre ſervitutem: Mulierem parum pudicam vocavit Plautus mulierem quæ fert jugum: & bos ſub jugo dicitur de eo qui aſſiduè laborat.

4 Legendum putat Salmaſius: fidem hominum: quod quoque magis conſonum eſt. Comicorum formula: hominum fidem: Deûm fidem.

CAPUT

CAPUT XII.

Bellum cum Etruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus.

ASſidui verò & 5 anniverſarii hoſtes ab 6 Etruria Vejentes, adeò ut extraordinariam 7 manum adverſus eos promiſerit, 8 privatumque geſſerit bellum gens una Fabiorum. 9 Satis ſuperque idonea clades. Cæſi apud 10 Cremeram treccnti, 11 patri-

5 Anniverſarius, quod ſingulis annis ſtato tempore recurrit.

6 Tanta fuit hujus Urbis claritas, ut Romani exuſta ac deformata à Gallis Roma Vejos potiſſimùm delegerint, quò ſedem Imperii transferrent.

7 Manus vide ſupra ad cap. 10.

8 Propriis copiis ac ſumptibus, ſoli enim hoc bellum cum clientibus ac ſervis in ſe receperunt.

9 Magna & non modica ſtrages.

10 Fluvius Tuſciæ prope Veijos.

11 Ex Patriciis conſtans: de hac clade ſic Ovid. Faſt. *Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes: Ad bellum miſſos abſtulit una dies.* Unus enim ex tanta clade ſuperfuit, qui nondum ob teneram ætatem armis idoneus fuit.

cius

cius exercitus, & 2 ſcelerato ſignatur nomine, quæ proficiſcentes in prælium porta dimiſit. Sed ea clades ingentibus 3 expiata victoriis, poſtquam per alios atque alios duces robuſtiſſima capta ſunt oppida: vario quidem eventu. Faliſci ſe ſponte dediderunt. Cremati ſuo igne Fidenates. Rapti funditus deletique Vejentes. Faliſci quum obſiderentur, mira viſa eſt fides Imperatoris, nec immeritò: quòd ludimagiſtrum, urbis proditorem, cum iis quos duxerat pueris, vinctum ſibi ultro remiſiſſet. Eam namque vir ſanctus, & ſapiens, veram ſciebat victoriam, quæ ſalvâ fide, & integrâ dignitate pararetur. Fidenæ, quia pares non erant ferro, ad terrorem movendum facibus

2 Nomine infœlici ac contaminato: hæc porta quæ antea Carmentalis vocabatur: Scelerata porta dicta fuit, quaſi polluta fuiſſet quòd per eam Fabiani egreſſi erant: Sic vocârunt ſceleratum campum, in quo Veſtales ſtuprum paſſę defodiebantur vivę.

3 Punita, compenſata, aliàs expiare verbum eſt ſacerdotale ſignificans purgare, & à pœna liberare. Piaculum autem eſt ſacrificium, quod fit liberandi ejus qui facinus admiſit. Cato de R. R. *Porro piaculo facto, ſic verba concipito: Si Deus, ſi Dea, cujus, illud ſacrum eſt, uti tibi jus ſiet, porco piaculo facere*, illiuſce ſacri coercendi ergo.

armatæ, & diſcoloribus, ſerpentum in modum vittis) furiali more proceſſerant: ſed habitus ille 4 feralis, everſionis omen fuit. Vejentium quanta res fuerit, indicat decennis obſidio. Tunc primum hiematum ſub pellibus, taxata ſtipendio hiberna; adactus miles ſua ſponte jurejurando, niſi capta urbe non remeare. Spolia de Larte Tolumnio Rege ad 5 Feretrium reportata. Denique non ſcalis, nec irruptione, ſed 6 cuniculo & ſubterraneis dolis peractum urbis excidium. Ea denique viſa eſt prædæ magnitudo, ut ejus decimæ 7 Apollini Pythio mitterentur: univerſuſque populus Roma-

4 Feralis, exitialis, funeſtus à feralibus diebus quibus epulæ in mortuorum ſepulchra inferebantur. Hinc feralia officia quæ inferis & defunctis exhibentur; feralia arma, id eſt, mortifera: cùm Veteribus mors fera diceretur, hinc factum ut quidquid ad manes mortuoſque pertinebat, vocârint feralia.

5 Jovem, cur ita dictus fuit. Vide ſup. c. 1.

6 Non vi aperta ſed diſſimulanter ac dolis rem agere. Hoc Græci dixerunt ὑπονόμοις πολεμίζειν. Hîc tamen ſignificat foramen ſubterraneum ad urbes ſuffodiendas, hinc agere cuniculos ὑπονομεύειν.

7 Ita dictus à ſerpente Pythone quem confoderat ſagittis: Pythii quoque dicebantur, qui Delphos miſſi erant ad oraculum conſulendum.

nus

nus ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc Vejentes fuêre; nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodve veſtigium? Laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.

CAPUT XIII.

Bellum Gallicum.

HInc ſive invidia Deûm, ſive fato, rapidiſſimus procurrentis imperii curſus, parumper 1 Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur. Quod tempus populo Romano neſcio utrum clade funeſtius fuerit, an virtutum experimentis ſpecioſius. Ea certè fuit vis calamitatis, ut in 2 experimentum illatam putem divinitus, ſcire volentibus immortalibus Diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. GALLI SENONES, gens natura ferox, 3 moribus

1 Galliæ Celticæ populi inter Sequanam & Ligerim: Hujus regionis caput olim Agendicum; hodie Sens.

2 Propter explorationem: Virtus enim rebus adverſis probatur ac clariùs eluceſcit.

3 Inordinati ac rudes. Hinc incondita turba, pro plebe agreſti ac impolita, apud *Liv.* Incondita verò corpora apud *Lucan.* l. 6. id eſt, inſepulta.

incondita, ad hoc ipſa corporum mole 4 perinde ac armis ingentibus, adeò omni genere terribilis fuit, ut planè nata ad hominum interitum, urbium ſtragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum 5 oris, & cingente omnia Oceano, ingenti 6 agmine profecti, quum jam media vaſtâſſent, poſitis inter Alpes & 7 Padum ſedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur. Tum 8 Cluſium obſidebant. Pro ſociis ac fœderatis populus Romanus

4 Proceritate; Moles enim pro magnitudine ſolet poni; Sic Virg. Æn. 6. *Mens agitat molem*, id eſt, magnitudinem mundi, quoniam verò magna ſunt difficilia, hinc moles pro difficultate: *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

5 Ora eſt cujuſque rei extremitas: hinc terrarum fines, ac regiones maritimæ oræ dicuntur: Virgil. *Arma virumq; cano Trojæ qui primus ab oris.* Sed ſæpe ora ſignificat rei initium ut notat Feſtus. *Et mecum ingentes oras evolvite belli.* Æn. 9. id eſt, initia & bellorum extrema. Turn. lib. 16. c. 22.

6 Exercitu; Agmen autem eſt exercitus ambulans, *It clamor & agmine facto.* Æneid. 8. Hinc Equi agminales, qui exercitum ſequuntur ad convehenda impedimenta, ſæpe quoque ſignificat fluentis aquæ motum, *Et leni fluit agmine Tybris.* Æn. 2.

7 Vulgò le Po: olim Erydanus.

8 Hodie Chiuſi.

inter-

intervenit, miſſis ex more legatis: ſed quod jus apud barbaros? ferocius agunt; movent exinde certamen. Converſis igitur à Cluſio, Romamq; venientibus, ad Aliam flumen cum exercitu Fabius conſul occurrit. Non 1 Cremeræ fœdior clades. Itaque hunc diem 2 faſtis Roma damnavit. Fuſo exercitu jam mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla 3 præſidia. Tum igitur, aut nunquam aliàs apparuit vera illa Romana virtus. Quamprimùm majores natu ampliſſimis 4 uſi honoribus, in forum coëunt; 5 ibi de-

1 Melius Temerè *non Cremera:* ut omnes legunt. Salm.

2 Inter atros ac nefaſtos dies retulit Luc. 7. *Et damnata diu Romanis Allia faſtis.*

3 Præſidia, nulli erant milites pro Urbis cuſtodia. Præſidium, propriè dicuntur milites unius præfecti imperio parentes: præſidium ſtativum, quod loco non movetur. 4 Magiſtratum geſſerant curulem, hos honoratos dixerunt.

5 Mortui addicente Pontifice prece ſolemni: Devotionis formula hæc fuit: Jane, Jupiter, Mars, Pater Quirine, Bellona, Lares, Diique Manes Vos precor, veneror, veniam peto, obſecroque, uti Pop. Rom. Quiritium vitam & ſalutem proſperetis, hoſteſque Pop. Rom. Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis: ſicut verbis nuncupavi, ita pro Rep. Quirit. exercitu, Legionibus auxiliis P.R. Quiritum Legiones, auxiliaque hoſtium mecum Diis manibus Tellurique devoveo. Liv. l. 9.

vovente Pontifice, diis ſe Manibus conſecrant: ſtatimque in ſuas quiſque ædes regreſſi, ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in 5 curulibus ſellis ſeſe poſuerunt: ut quum veniſſet hoſtis, in ſua dignitate morerentur. Pontifices, & Flamines, quicquid religioſiſſimum in templis erat, partim in doliis defoſſa terræ recondunt, partim impoſita plauſtris ſecum auferunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitantur. Tamen excepiſſe fugientes unus è plebe fertur Lucius Albinus, qui depoſitis uxore & liberis, virgines in plauſtrum recepit, adeò tum quoque in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat. Juventus verò, quam ſatis conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Manlio arcem Capitolini montis inſedit, obteſtata ipſum quaſi præſentem Jovem, ut quemadmodum ipſi ad defendendum templum ejus concurriſſent, ita ille virtutem eorum numine ſuo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque urbem primò trepidi, ne quis ſubeſſet dolus, mox ubi 6 ſolitu-

5 Sellis Eburneis quibus utebantur & privato & publico loco.

6 Solitudinem, urbem vacuam civibus ac præſidio: Solitudo enim eſt locus deſertus & inhabitatus.

dinem vident, 1 pari clamore & impetu invadunt. 2 Patentes paſſim domos adeunt: ubi ſedentes in curulibus ſellis prætextatos ſenes velut Deos 3 Genioſque venerati; mox eoſdem, poſtquam eſſe homines liquebat, alioqui nihil reſpondere dignantes, 4 pari vecordia mactant, faceſque tectis injiciunt: & totam urbem, igne, ferro, manibus, 5 ſolo exæquant. Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò, ſed nocti-

1 Non minori clamore ac tumultu, quàm metu ac trepidatione ingreſſi erant urbem.

2 Patentes, apertas: differunt tamen patens & patulus, quòd patens ſit ad tempus, patulum perpetuum. Virg. Æn. 9. *Perfertur nuntius, hoſtem fervere cæde nova, & portas patentes.*

3 Genii erant tutelares Dii: fuit autem duplex Genius, vel is in cujus tutela quiſque à nativitate ſua erat, qui ἁπλῶς Genius dicebatur: ſed qui præerat tutelæ totius urbis vel regionis Deus magnus dicebatur: Natali die colebatur genius, ut ex Perſio liquet, *Funde merum Genio:* ſed à ſolis viris: Mulieres verò Junonem natalem colebant: Unde Tibull. l. 4. El. 6. *Natalis Iuno ſanctos cape thuris acervos:* per quam quoque jurabant ſicut viri per Genium.

4 Ut ſuprà pari clamore.

5 Solo parem faciunt, ac funditus evertunt.

bus

bus quoque omnia experti : quos tandem Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe dejecit ; & ut ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen in ſpeciem fiduciæ, 4 panes ab arce jaculatus eſt. Et ſtato quodam die per medias hoſtium cuſtodias, Fabium Pontificem ab arce demiſit, 5 qui ſolemne ſacrum in 6 Quirinali monte conficeret. Atque ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio rediit : propitioſque Deos renunciavit. Noviſſimè quum jam obſidio ſua barbaros fatigâſſet, mille pondo auri 7 receſſum ſuum venditantes, idque ipſum per inſolentiam, quum ad iniqua pondera addito

4 Unde Jupiter Piſtor: *Dicam piſtoris quid velit ara Iovis.* Ovid. Faſt. 6. Ferunt enim Jovis monitu panes hos projeciſſe ; ad fiduciæ ſpeciem ſpectaculo ſtupefacti ad omittendæ obſidionis fœdera deſcenderunt, exiſtimantes Romanis frumenti copiam ſupereſſe: Unde poſtea repulſis Gallis Jovi piſtori ara in Capitolio conſtituta.

5 Solemne ſacrificium certo tempore fieri ſolitum.

6 In quo Quirini templum.

7 Alii reditum, ſed res eodem redit, ſignificat enim Gallos diſceſſum promiſiſſe.

adhuc gladio, ſuperbè 8 victis increparent, ſubitò aggreſſus à tergo Camillus adeò cecîdit, ut omnia incendiorum veſtigia, Gallici ſanguinis inundatione deleret. Agere gratias Diis immortalibus, ipſo tantæ cladis nomine, libet. Paſtorum caſas ignis ille, & flamma, paupertatem Romuli abſcondit. Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac deorum domicilio civitas, non deleta, nec obruta, ſed expiata potius, ſed luſtrata videatur? Ideo poſt aſſertam à Manlio, reſtitutam à Camillo Urbem, acrius etiam vehementiuſq; in finitimos reſurrexit. Ac primum omnium illam ipſam Gallicam gentem non contentus mœnibus expuliſſe, quum per Italiam 9 naufragia ſua latius traheret, ſic perſequutus eſt duce Camillo, ut hodie nulla Se-

8 Præſtat ſic ſuperbè væ victis, Increpo nunquam cum dativo legitur: Increparent, illuderent: ſic apud Plaut. in Amph. ſuperbi nimis ferociter legatos noſtros increpant.

9 Naufragium hîc pro calamitate, damno ac exitio uſurpatur: Sic apud Cicer. fam. 4. *Verſor in eorum naufragiis & bonorum direptionibus:* Sic Ovid. l. 1. Eleg. 5. *Naufragii tabulas qui petière mei.*

nonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro inter ſpolia detraxit, inde Torquati. Iterum Pontino agro, quum in ſimili pugna Lucius Valerius inſequente Gallo, 2 ſacra alite adjutus retulit ſpolia: & inde Corvini. Tandem, poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum † Vadimonis Dolabella delevit: ne quis extaret in ea gente 3 qui incenſam à ſe Romanam urbem gloriaretur.

2 Corvus: ſacra ales dicitur ab augurio. Auſpicia autem corvorum fauſta à dextra, & à læva infauſta habebantur, itaque cùm partes mundi ab ortu Auguribus Romanis lævæ eſſent: Hor. ſcripſit Lib. 3. Od. 27. *Oſcinem corvum prece ſuſcitabo ſolis ab ortu.* Vocaturque corvus ab authoribus Ales Apollinis ab Apul. & Phœbea ales à Sil. Ital.

3 Alii legunt quæ.

† *Di Viterbo.*

CAPUT

CAPUT XIV.

Bellum Latinum.

CONverſus à Gallis in Latinos, 4 Manlio Torquato, Decio Mure conſulibus, ſemper quidem æmulatione imperii infeſtos, tum verò contemptu Urbis incenſæ; quum jus civitatis, partem imperii, 5 ac magiſtratuum poſcerent, atque jam amplius, quam congredi auderent: quo tempore quis ceſſiſſe hoſtem mirabitur? quum alter Conſulum filium ſuum, quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem 6 occiderit, quaſi plus in imperio eſſet, quàm in victo-

4 Occaſio belli fuit Latinorum ferox poſtulatum, quo jus civitatis, & alterum conſulem è ſua gente fieri expeterent.

5 Ut non ſolùm Conſul alter, ſed quoque ut Senatus pars æqua ex utraque gente eſſet.

6 Ob hoc factum, quo filium juſſit occidi, Imperia omnia aſpera & immitia Manliana dicta ſunt, & ipſe imperioſi nomen conſequutus eſt. A. Gell. c. 13. l. 9.

ria:

ria: 2 alter quaſi monitu Deorum, capite velato primam ante aciem Diis manibus ſe devoverit, ut in 3 confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus novum ad victoriam iter, ſanguinis ſui ſemita, aperiret.

CAPUT XV.

Bellum Sabinum.

A Latinis aggreſſus eſt gentem 4 Sabinorum, qui immemores factæ ſub Tito Tatio affinitatis, quodam contagio belli ſe Latinis adjunxerant. Sed 5 Curio Dentato conſule, omnem eum tractum,

2 Hæc hiſtoria ita paucis habet: Decius Coſ. cùm hoc bello Latino Romanam aciem pene proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute Reip. devovit, id eſt, equo concitato in medium hoſtium agmen irrupit, patriæ ſalutem ſibi mortem glorioſam petens: factaque ſtrage ingenti, plurimis telis obrutus, ſupercorruit.

3 Confertiſſima, denſiſſima: Sic Saluſt. in confertiſſimos hoſtes incurrit: Ita Cæſar, neque à tanta multitudine, conjecta tela conferta vitare poterant.

4 Sabinorum olim caput fuit Reate, hodie Rieti.

5 Dentatus dictus fuit, quia cum dentibus natus eſt, vel ſecundùm alios, quia ſolidum unum os habuit pro dentibus.

quâ 6 Nar ambit, fonteſque 7 Velini, Adriatico tenus mari, igne, ferroque vaſtavit. Qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, ut in utro plus eſſet, nec ipſe poſſet æſtimare, qui vicerat.

CAPUT XVI.

Bellum Samniticum.

PRecibus deinde Campaniæ motus, non pro ſe, 8 ſed, quod eſt ſpecioſius, pro ſociis, 9 Samnites invadit. Erat fœdus cum utriſque percuſſum: ſed hoc 10 Campani ſanctius, & prius, omnium ſuorum deditione fecerant. Sic ergo Romanus bellum Samniticum tanquam ſibi geſſit. Omnium non modò Italiæ, ſed toto orbe terra-

6 Hodie Narto, eſtq; hic fluvius ſulphure abundans maleque redolens. Unde Virg. *Sulphurea Nar albus habet fonteſque velini.* Æn. 7.

7 Hodie *Lago de Terni*, vel *Lago de pie de Luco.*

8 Pulchrius, magis conſpicuum.

9 Samnites: aliter Sabelli dicti, orti à Sabinis, Illorum regio Samnium: hodie Ducatus Beneventanus, & pariter *Abruzzo.*

10 Siti ad Meridiem Samnii. Hodie Campania dicta eſt *Terra di Lavore.*

rum,

rum, pulcherrima CAMPANIÆ plaga eſt.
Nihil mollius cœlo; denique bis floribus
vernat. Nihil uberius ſolo: ideò Liberi
1 Cereriſque certamen dicitur. Nihil 2
hoſpitalius mari. Hîc illi nobiles portus,
3 Cajeta, Miſenus, & tepentes fontibus
Bajæ: 4 Lucrinus & Avernus, quædam
maris 5 otia. Hîc amicti vitibus montes
6 Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherri-

1 Liberi, Bacchi, ita dictus, vel quòd Bœotiæ civitates liberârit: vel quòd animum à curis liberet, hinc à Græcis λυσιμέριμνος dictus. Ceres Proſerpinę mater: Saturni & Opis filia, frugum inventrix: hic ponuntur pro vino & frugibus.

2 Hoſpitalius; commodos pluresque portus habens: cui maria inhoſpita opponuntur quæ recipiendis navibus minimè idonea & acceſſu difficilia.

3 A Caieta Nutrice Æneæ nomen habens, vulgò Gaëta. Miſenum nunc monte Miſeno.

4 Inter portus Maris Campani recenſet hîc Lucrinum & Avernum: Atque Lacus ſunt, ſed ex eo genere quos Græci λιμνοθαλάττας appellant, Lacus nempe quibus mare affunditur.

5 Alii legunt Oſtia, quibus Lacus illi maris æſtu implentur, ſed ſatius eſt dicere otia, quia mare in iis quieſcit & ſunt quaſi portus ubi æquora tuta ſilent.

6 Campaniæ montes, Campaniæ vini quod ferunt generoſitate Nobiles: De Gáuro ſic Symmachus. *Ubi Corniger Lyæus, operit ſuperna Gauri.*

mus omnium Veſuvius, Ætnei ignis imitator. Urbes ad mare, Formiæ, Cumæ, 7 Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompei, & ipſa caput urbium 8 Capua, quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemq; numerata. Pro hac urbe, iis regionibus populus Romanus SAMNITES invaſit, gentem, ſi opulentiam quæris, aureis, & argenteis armis, diſcolori veſte, 9 uſque ad ambitum armatam: ſi fallaciam, ſaltibus fere & 10 montium fraude graſſantem: ſi rabiem ac furorem ſacratis legibus, humaniſque hoſtiis in exitium urbis 11 agitatam: ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibuſque ipſis animoſiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios, & Papirios Patres, eorumque liberos, ita ſubegit, ac domuit, ita ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Sam-

7 Puteoli hodie *Puzzuolo*: Neapolis olim Parthenope & hodie *Napoli*.

8 Capua unde Campaniæ nomen, Ejus deliciis fractus fuit Annibal, nunc ruinæ ejus viſuntur duobus amplius millibus paſſuum à nova Capua.

9 Ad ornatum quem potiùs in armis reſpiciebant quàm uſum.

10 Sylvis ac nemoribus turbas dantem.

11 Impulſam, actam.

nium

nium in ipſo Samnio requiratur : nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maximè tamen nota, & illuſtris ex hac gente, clades apud Caudinas 1 furcas Veturio Poſtumioque Conſulibus accepta eſt. Clauſo enim per inſidias intra eum ſaltum exercitu, unde non poſſet evadere, ſtupens occaſione tanta dux hoſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit : &, ille mitteret omnes, vel occideret, ſapienter, ut ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub jugum maluit; ut nec amici forent beneficio, & poſt 2 flagitium hoſtes magis. Itaque & Conſules ſtatim magnificè voluntaria deditione turpitudinem fœderis dirimunt, & ultionem flagitans miles Papirio duce (horribile dictu) 3 ſtrictis enſibus per ipſam viam ante pugnam 4 furit : & in con-

1 Furcàs, Montium anguſtias, ſpeciem furcarum habentes à Caudio oppido dictas.

2 Poſt ignominiam ac dedecus jugi impoſiti.

3 Milites antequam conſererent manus, in primo illo impetu quo in hoſtem irruunt, ſtrictos habuiſſe enſes, non verò jaculis aut pilis pugnam eſſe auſpicatos.

4 Alii legunt fuit.

greſſu 4 arſiſſe omnium oculos, hoſtis autor fuit, nec prius finis cædibus datus, quàm jugum & hoſtibus, & duci capto 5 repoſuerunt.

CAPUT XVII.

Bellum Etruſcum & Samniticum.

HActenus 6 Populus Romanus cum ſingulis gentium: mox 7 acervatim, tamen ſic quoque par omnibus 8 fuit. Etruſcorum duodecim populi, 9 Umbri in id tempus intacti antiquiſſimus Italiæ populus, Samnitium reliqui, in excidium Romani nominis repente conjurant. Erat terror ingens tot ſimul, tantorumque populorum

4 Ira enim actis ardent ac micant oculi: Sic Virg. dixit, *Oculis micat acrius ignis.*

5 Par pari retulerunt.

6 Alii legunt Populo Rom. ſed tunc ſubintelligendum erit, res aut bellum.

7 Acervatim, catervatim aut conjunctim: Acervatim autem dicere, eſt promiſcuè nullo obſervato ordine.

8 Neque hoc modo ipſis inferior.

9 Jungebantur Tuſcis ad Tiberim Fluv. hodie *Ducato di Spoleto*, Umbria dicta fuit ab Umbrone amne olim Umbriam nunc Etruriam præterfluente.

1 A latere Etruriæ infeſta quatuor agminum ſigna volitabant. Ciminius interim ſaltus in medio, antè invius, planè quaſi 2 Calidonius, vel Hercynius, adeò tunc terrori erat, ut 3 Senatus Conſuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre præmiſſo 4 exploraret acceſſus. Ille per noctem 5 paſtorio habitu ſpeculatus omnia: 6 refert totum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine 7 peri-

1 Latè per Etruriam infeſta quatuor, ut legit Salm. Signa autem infeſta dicuntur quæ ab hoſtibus irruentibus inferuntur πολεμικὰ σημεῖα. Cæſ. 6. bell. gall. infeſtis ſignis ad ſe venire viderunt.

2 Calidonia Scotiæ Sylva, unde & ipſa Calidonia dicta fuit antiquitus.

3 Hìc abeſt à ſententia Livii, refert enim Legatos ad Fabium adveniſſe, Sylvâ jam penetratâ & profligatis hoſtibus. Hìc vox denuntiare ſignificat jubere, cùm aliàs ſignificet futurum aliquod prænuntiare.

4 Explorare olim ſignificavit ejulare, exclamare: Sed hìc ſumitur pro ſagaciter inquirere, Sic Virg. Æn. 1. *Ut primùm lux alma data eſt, exite locoſque explorate novos.*

5 Pelle indutus ut Paſtores ſolebant.

6 Alii legunt tutum iter.

7 Alii omittunt ſine: ac ſi Florus innuere vellet: Fabium per periculum rem totam expediviſſe.

culo explicavit. Nam ſubitò inconditos atque 4 palantes aggreſſus eſt: captiſque ſuperioribus jugis, in 5 ſubjectos ſuo more detonuit. Ea namque ſpecies fuit illius belli, quaſi in 6 terrigenas è cœlo ac nubibus tela mitterentur. 7 Nec incruenta tamen illa victoria, nam oppreſſus in ſinu vallis alter Conſulum Decius, more patrio devotum diis Manibus obtulit caput: 8 ſolemnemque familiæ ſuæ conſecrationem 9 in victoriæ pretium redegit.

4 Errantes ac diſperſos, dicitur & palatus. Sic Liv. 3. ab V.C. in quos palatos prædam agentes &c.

5 In hoſtes qui in plano erant impetum fecit.

6 Gigantes ex terra genitos. Sic Luc. *Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes.*

7 Hæc mors Decii malè ad hanc victoriam refert Annæus noſter, non enim in idem tempus hæc duo inciderunt: ſed ad totum bellum ſunt referenda.

8 Solemnem, id eſt, ſolitam ac conſuetam.

9 Ut victoriam hoc pretio compararet ac velut emeret.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege.

SEquitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo & nomine, ſed victoria multiplex. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & 10 caput belli Tarentinos, id eſt, totam Italiam, & cum iſtis omnibus 11 Pyrrhum, clariſſimum Græciæ Regem, una veluti ruina pariter involvit: ut eodem tempore & Italiam conſummaret, & tranſmarinos triumphos auſpicaretur. 12 Taren-

10 Unde bellum incepit; caput enim frequenter pro origine ac principio; Sic Horat. dixit caput Rheni, & Cæſar caput fluminis.

11 Pyrrhus Epirotarum Rex ab Hercule originem duxit: is cùm à ſuis in odium paternę crudelitatis, ad necem quæreretur, clàm à matre ſubductus eſt, & Illyriorum reginæ traditus nutriendus: à ſuis tandem ad regnum revocatus arma in Romanos, ſuaſu Tarentinorum convertit deluſus ambiguo Apollinis oraculo, *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe*: Periit percuſſus tegula quum Thebas expugnaſſet.

12 Urbs magnæ Græciæ clariſſima. Apulia hodie la Pouille: Calabria, olim Meſſapia, Tarentum hodie Taranto: urbs nobilis ob illa animalcula Tarentula dicta, quorum morſus ſolo cantu ac muſicorum inſtrumentorum ſono, ſanatur.

tus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ caput, tum magnitudine & muris portuque nobilis, tum mirabilis ſitu: quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita, in omnes terras, Hyſtriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, Siciliam vela dimittit. Imminet portui ad proſpectum maris poſitum 1 majus theatrum: quod quidem cauſa miſeræ civitati fuit omnium calamitatum. Ludos fortè 2 celebrabant, quum adremigantem littori Romanam claſſem inde vident: atque hoſtem rati 3 emicant, ſine

1 Alii ſimpliciter dicunt theatrum & non majus: Theatrum autem eſt ædificium in hemycicli ſpeciem factum ad ſpectacula videnda, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι à ſpectando. Hinc verſari in Theatro, pro in omnium oculis eſſe.

2 Celebrare eſt cum celebritate ac ſolemnitate aliqua ludos facere. Sic apud Cic. 6. Phil. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrarunt: Ludus verò eſt in factis; jocus in dictis: Luſus autem dicitur qui ad ſolam voluptatem ſpectat: tamen hæc ſæpè confunduntur: Ludii verò Juvenes, erant qui in circenſibus ludis ibant in numerum ſaltantes: Turneb. l. 19. c. 10.

3 Exiliunt: Virg. Æneid. 6. *Juvenum manus emicat.*

diſcrimine inſultant: qui 4 autem, unde Romani, nec ſatis norant. Aderat ſine mora querelam ferens legatio, hanc quoque fœdè per 5 obſcœnam, turpemque dictu contumeliam violant, exhinc bellum, ſed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibuſque 6 vehementior Pyrrhus: qui ſemigræcam 7 ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totius viribus 8 Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ incognitiſque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore, veniebat. Apud Heracleam, & Campaniæ

4 Contemptus faſtidiique nota in ſacris & profanis: Sic Pharao Exod. 5. *Quis eſt Iehova?* Sic Arioviſtus Quis eſt autem Cæſar? infra 3. 10. aliàs ignotos ita ſolebant compellare: Sic Æneid. 8. *Quis genus? unde domo?*

5 Unum enim Legatorum trucidant, alium urina aſperſum ejiciunt ſi Livio fides.

6 Incenſus & acer: Sic Sueton. in Galb. Acer & vehemens in coërcendis delictis.

7 Non tantùm reſpectu originis de qua ſuprà dixit: Lacædemon opus: ſed quoque reſpectu morum ac idiomatis.

8 Epirus hodie Canina ubi eſt Lepanto præfecti Turcici ſedes: Theſſalia, Janna hodie: Macedonia Albania hodie.

Fluvium 1 Lirim, Levino conſule, prima pugna: quæ tam atrox fuit, ut Ferentanæ turmæ præfectus Obſidius invectus in Regem, turbaverit, coëgeritque projectis inſignibus prælio excedere. Actum erat, niſi elephanti converſi in ſpectaculum belli, procurriſſent: quorum cum magnitudine, tum deformitate, & novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi, quum incognitas ſibi belluas ampliùs quàm erant ſuſpicarentur, fugam ſtragemque latè dederunt. In Apulia deinde apud 2 Aſculum melius dimicatum eſt, Curio, Fabricioque conſulibus, jam quippe belluarum terror exoleverat, & Cajus Minucius quartæ legionis haſtatus, unius 3 proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaque & in ipſas 4 pila congeſta ſunt, & in turres vibratæ

1 Hodie Garigliano.

2 Aſculum intellige in Apulia ſitum hodie Aſcoli.

3 Proboſcis vox græca, quòd ante depaſcat, ex πρὸ & Βόσκω. Latini manum dixerunt.

4 Pilum fuit telum militibus Romanis uſitatum, longitudine quinque pedum: Luc. *pila minantia pilis*: Hinc Primipilus, primæ cohortis centurio. Pilatus, pilo armatus. Mart. l. 10. *Et pilata redit jamque ſubitque cohors.*

faces,

faces, tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuêre: nec antè cladi finis fuit, quam nox dirimeret: poſtremuſque fugientium ipſe rex à ſatellitibus humero 4 ſaucius in 5 armis ſuis referretur. Lucaniæ ſuprema pugna ſub Aruſinis quos vocant campis, ducibus iiſdem, qui ſuperius: ſed tunc ad totam victoriam, exitum, 6 quem datura virtus fuit, caſus dedit. Nam productis in primam aciem rurſus elephantis, unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit, qui quum per ſtragem ſuorum percurrens, ſtridore quereretur, mater agnovit, 7 & quaſi vindicatura exiluit; tum omnia circa quaſi hoſtilia gravi timore permiſcuit, ac ſi eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerant, ſecundam parem fece-

4 Saucius, vulneratus: Eleganter hæc vox ad animum transfertur. *At Regina gravi jamdudum ſaucia cura*. Æn.4. fatigationis verò ſaucius, id eſt, feſſus.

5 Intellige ſcutum vel clypeum.

6 Sic evincitur quod ſuprà dixit, *quòd ad conſtituendum Romanorum Imperium virtus & fortuna contendiſſe videntur*.

7 Hinc Curtius Elephantos vocat Anceps auxilii genus.

rant,

rant, tertiam ſine 8 controverſia tradidêre. Nec verò tantùm armis, & in campis, ſed conſiliis quoque & domi intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, ſtatim deſperavit armis: ſeque ad 9 dolos contulit. Nam interemptos cremavit: captivoſque 10 indulgenter habuit, & ſine pretio reſtituit. Miſſiſque deinde legatis in Urbem, omni modo annixus eſt, ut in amicitiam reciperetur. Sed bello & pace, foris & domi, omnem in partem Romana virtus tum ſe

8 Hoc duplicem ſenſum patitur, vel quòd Elephanti incruentam victoriam dederunt; vel ſine controverſia, id eſt, ὁμολογουμένως: Extra omne dubium, ut fatendum eſt.

9 Sic Lyſander dicere fuit ſolitus, ubi quod vellet non aſſequeretur Leonis exuvium, ibi vulpinum applicandum eſſe.

10 Leniter indulgere verò eſt plus æquo concedere: ſic apud Terent. *Nimium illi indulges*: Indulgere autem rei alicui eſt ei operam dare, Sic Quintil. *Stoïci nimiùm indulſêre eloquentiæ*: Reperitur quoque cum Accuſativo, & apud Terent. *Nimis me indulgebo*: & apud Suet. in Aug. *Uſum pecuniæ indulgere gratuitum.*

1 probavit: nec alia magis, quàm Tarentina victoria oſtendit populi Romani fortitudinem, Senatus ſapientiam, Ducum magnanimitatem. Quinam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo prælio 2 obtritos accepimus? 3 omnium vulnera in pectore: quidam hoſtibus ſuis 4 immortui: omnium in manibus enſes, & relictæ in vultibus minæ, & 5 in ipſa morte ira vivebat. Quod adeò Pyrrhus miratus eſt, ut diceret: O quàm facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis! Quæ autem eorum, qui ſuperfuerunt, in reparando exercitu feſtinatio?

1 Se oſtendit, alii tamen legunt, ſe adprobavit: per virtutem hîc intellige fortitudinem, ac inconcuſſum animi robur.

2 Obrutos ac contritos.

3 Hæc honeſta ac decora ſunt vulnera, inhoneſta verò quæ in tergo inflicta conſpiciuntur, quòd fugiendo ea accepiſſe liquet. Ovid. Faſt. 2. *Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo accipiunt.*

4 Id eſt, Hoſtibus immixti, ubi enim ſe animam agere videbant, in aliquem ex hoſtibus irruebant. Sic Lucan. 6. de Scæva: *Iam gradibus feſſis in quem cadat eligit hoſtem.*

5 Ferociam ac iram quam vivi habuerunt, in vultu mortui retinent.

quum

quum Pyrrhus, Video me, inquit, 6 planè Herculis ſydere procreatum, cui quaſi ab angue 7 Lernæo, tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur. Quis autem ille Senatus fuit? quum perorante Appio Cæco, pulſi cum muneribus ſuis ab Urbe legati, interroganti regi ſuo, quid de hoſtium ſede ſentirent: 8 Urbem templum ſibi viſum, 9 Senatum Regem eſſe confiterentur. Qui porro ipſi duces vel in caſtris? quum medicum venale Regis Pyrrhi caput 10 afferentem, Curius remiſit: Fabricius oblatam ſibi à rege imperii partem repu-

6 Herculis ſydere, id eſt, infœliciter, quarta Luna natus, id eſt, quarto à novilunio die, quo die natum Herculem dicunt, de quo Hor. *Ut hydra ſecto corpore firmior, vinci dolentem creuit in Herculem.*

7 Nota eſt fabula, Hydræ in Lerna palude ab Hercule confoſſæ ſagittis: hæc cùm plura haberet capita, & horum aliquot exciſis alia renaſcebantur: Hinc Proverbialis locutio ὕδραν τέμνειν hydram ſecare, in illos, quibus mali ſublati loco plura oriuntur. Hinc quoque dictum fuit: Lerna malorum de plurimis malis in unum congeſtis. Vide Chiliad.

8 Hoc reſponſum Cineæ tribuit Plutarchus.

9 Regum conſeſſum ut legunt alii.

10 Alii offerentem & melius.

diavit,

diavit, vel in pace? quum Curius fictilia ſua Samnitico præferret auro: Fabricius 1 decem pondo argenti circa Rufinum conſularem virum, quaſi 2 luxuriam cenſoria gravitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus, virtute, militia, victorem Populum Romanum fuiſſe? unoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italiæ, fortiſſimas gentes, opulentiſſimas urbes, uberrimaſque regiones in 3 ditionem redegiſſe? Aut quid adeò fidem ſuperet, quòd ſi principia belli cum exitu conferantur? Victor primo prælio Pyrrhus, totam 4 trementem Campaniam, Lirim, Fregellaſque populatus, prope captam Urbem à Præneſtina arce proſpexit: & à viceſimo

1 Decem pondo, intellige, ſuppellectilem argenteam.

2 Superfluitatem aut luxum: Luxuria autem pro immodico Veneris uſu uſurpatur, & in genere ſignificat nimiam in delitias ac voluptates propenſionem. Sic apud Juv. Sat. 6. *Sævior armis luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.*

3 Alii legunt deditionem.

4 In his nominibus, Campaniam, Lyrim, Fregellas, obſerva Meton. ſubj.

5 lapide,

5 lapide, oculos trepidæ civitatis, fumo, ac pulvere implevit. Eodem poſtea bis exuto caſtris, bis ſaucio, & in Græciam ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies,& tanta adeò de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia, ut victoriam ſuam Roma non 6 caperet. Nec enim temerè ullus pulchrior in Urbem, aut ſpecioſior triumphus intravit. Ante hunc diem nihil, niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma, vidiſſes: tum ſi captivos aſpiceres; Moloſſi, Theſſali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque Lucanus: ſi 7 pompas, aurum, purpura, 8 ſigna,

5 Lapide, milliario. Apud Liv. frequenter leges lapidem pro mille paſſibus. Ovid. Faſtor. 2. *Sacra videt fieri ſextus ab urbe lapis.* De lapide verò emptos dicimus qui publicè à præcone erant venditi.

6 Contineret, ſufficeret ad tanta ſpolia capienda.

7 Magnificentiam, oſtentationem: pompa vox græca à πέμπω mitto: ſignificat omnem apparatum ſolemnem: detrahere pompam muneri ſuo, eſt apud Sen. de benef. l 2. abſque faſtu dare.

8 Signa, id eſt, imagines, ſtatuæ ad vivum exſculptæ, ſic apud Horat. *Nec magis expreſſi vultus per ahenea ſigna, quàm per vatis opus, mores animique virorum clarorum, apparent.*

tabulæ,

tabulæ , Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentius Populus Romanus aſpexit , quàm illas quas timuerant cum turribus ſuis 9 belluas : quæ non ſine ſenſu captivitatis , ſummiſſis cervicibus , victores equos ſequebantur.

CAPUT XIX.

10 *Bellum Picenum.*

OMnis mox Italia pacem habuit. 11 Qui enim poſt Tarentum auderent ? niſi quod ultro perſequi ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo Picentes , & caput 12 gentis Aſculum , Sempronio duce : qui tremente inter prælium campo, Tellurem deam, promiſſa æde, placavit.

9 Hoc anno CD. LXXIX. primùm ducti ſunt in triumpho elephanti.

10 Piſentes inter Æſim & Aternum amnes ſiti ; Gens à Sabinis orta. Picenum hodie *Marca d'Acona* dicitur.

11 Alii legunt quid enim ; Devictis ac debellatis Tarentinis ? Quid potuiſſent cæteri Rom.Imp. hoſtes tentare.

12 Aſculum hodie *Aſcoli*, Metropolis.

CAPUT XX.

Bellum Sallentinum.

SAllentini Picentibus additi caputque 4 regionis Brunduſium cum inclyto portu, Marco Attilio duce. Et in hoc certamine, victoriæ pretium templum ſibi 5 paſtoria Pales ultro popoſcit.

CAPUT XXI.

Bellum Volſinienſe.

POſtremi Italicorum in fide manſêre 6 Volſini, 7 opulentiſſimi Etruſcorum,

4 Brunduſium hodie Brindiſi.

5 Pales Dea pabuli vel paſtorum: vel ut aliis placet Pares à pariendo, quòd pecorum partui præeſſet: Ejus ſacra palilia dicta, quæ à paſtoribus in agris fiebant undecimo Cal. Maij, quo die Romulus urbem fundavit: Ante urbem conditam, paſtorale hoc ſacrum extitiſſe volunt & Plutarc. in Rom. & Tibull. l. 2. El. 5. *Urbi feſtus erat dixêre palilia Patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.* Prop. l. 4.

6 Volſini, hodie *Bolſena*: Ultimi à Romanis defecerunt.

7 Ditiſſimi, quorum Urbs Etruriæ caput habebatur ſi Valer. Max. fides, l. 9. in Externis. Tria autem Etruriæ capita voluerunt eſſe Antiqui; Aretium, Peruſium, Volſinum.

implorantes opem adverſus ſervos quondam ſuos: qui libertatem à dominis datam, in ipſos erexerant: † tranſlataque in ſe republica, dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

CAPUT XXII.

1 *De Seditionibus.*

HÆc eſt ſecunda ætas populi Romani & quaſi Adoleſcentia: qua maximè 2 viruit, & quodam flore virtutis exarſit, ac ferbuit. 3 Itaque inerat quædam adhuc ex paſtoribus feritas, quiddam ſpirabat indomitum. Inde eſt, quod exercitus Poſtu-

† Suæ poteſtatis facta.

1 Seditio, eſt civium diſceſſio, eſt enim propriè quum populo diſcordante itur ad manus, qualem deſcribit Virgil. Æn. 1. *Ac veluti magno in populo quum ſæpe cohorta eſt ſeditio, ſævitque animis ignobile vulgus.*

2 Virere, vigere, ac viribus integris pollere, quæ vox apud authores perpetuò uſurpatur ad Juventutis vigorem ſignificandum: Hinc dum genua virent ut apud Hor. Epod. 13. *Dumque virent genua & decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.*

3 Alii legunt, Ita quæ inerat quædam.

mium

inter ſe quondam humanos dixit 4 artus, quod omnibus opere fungentibus, ſolus venter immunis ageret: deinde moribundos à ſe junctione rediiſſe in gratiam, quando ſenſiſſent, quòd ejus opera redactis in ſanguinem cibis irrigarentur.

CAPUT XXIV.

Secunda Vrbis Diſcordia.

5 SEcundam in Urbe media 6 decemviratus libido conflavit. Allatas à Græcis leges, decem principes lecti jubente populo conſcripſerant, ordinataque erat in duodecim tabulis tota juſtitia: quum tamen traditos faſces regio quodam furore retinebant. Ante cæteros Appius eò inſolentiæ

4 Membra: propriè tamen artus ſunt nodi in corpore ex duorum oſſium coeuntibus extremitatibus reſultantes: hinc apud Veteres Verbum Artire: pro immittere, inſerere.

5 Sub. ſeditionem.

6 Summus Magiſtratus Romæ fuit in Conſulum locum ſuffectus legis XII. tabularum ſcribendæ cauſa: Hoc centumvirorum judiciis præfuiſſe ſcripſit Dion. Hinc illæ Leges Decemvirales dictæ.

elatus eſt, ut 7 ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ, & Regum, & juris, quod ipſe compoſuerat. Itaque quum oppreſſam judicio filiam, trahi in ſervitutem videret Virginius pater; nihil 8 cunctatus, in medio foro manu ſua interfecit: 9 admotiſque ſignis commilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis, in carcerem & catenas ab 10 Aventino monte detraxit.

CAPUT XXV.

Tertia Vrbis Diſcordia.

Tertiam ſeditionem incitavit matri-

7 Ingenuam, id eſt, liberalem: Artes ingenuæ, id eſt, liberales. Cic. 2. de fin. & Ovid. triſt. l. 1. Ecl. 8. *Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes.*

8 Sine mora, extemplo: Cunctari verò dolorem apud Gell. eſt idem ac tolerare.

9 Commilitonibus advocatis.

10 Aventinus unus ex ſeptem Romæ montibus; ab Aventino Albanorum Rege ita dictus, qui in eo extinctus eſt & ſepultus.

moniorum dignitas; ut 2 plebeii cum patriciis jungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canulejo Tribuno plebis, exarſit.

CAPUT XXVI.

Quarta Vrbis Diſcordia.

QUartam honorum cupido, ut 2 plebeii quoque magiſtratus crearentur. Fabius 3 Ambuſtus duarum pater, alteram Sulpicio patricii ſanguinis dederat, alteram plebeio 4 Stoloni. Hæc quodam tempore

2 Plebeii ex plebe & viliore parte populi: hinc per Metap. plebeius pro vulgari ac tenui: Sic apud Mart. *Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.* Patricii autem ii erant, qui ex Senatoribus à Romulo creatis originem ducebant.

3 Ambuſtus, non planè combuſtus, circumuſtus. Sic dixit Cicero pro domo ſua: Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias domos comportari juberent: Hic Fabius autem ſic dictus fuit quòd fulmine tactus fuiſſet.

4 Aliquando Stolo pro Stolido apud Auſon. *Et jam non potes ô Stolo doceri*: Aliàs Stola ſignificat inutilem illam fruticationem quæ ex arboribus naſcitur: Lex verò Stolonis ea erat quæ vetabat plus quingenta jugera habere civem Romanum.

quod

quod 5 lictoriæ virgæ ſonum ignotum penatibus ſuis expaverat, à ſorore ſatis inſolenter irriſa, injuriam non tulit. Itaque nactus Tribunatum, honorum & magiſtratuum conſortium, quamvis invito ſenatui extorſit. Verùm in his ipſis ſeditionibus principem populum non immerito 6 ſuſpexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora & inſignia 7 vindicavit: interque hæc omnia 8 nullius acrior cuſtos, quàm libertatis fuit, nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi; quum ut in magno, & in dies majore populo, interim pernicioſi cives exiſterent. Spurium

5 Sonum quem Lictor fecerat virga: ſolebat autem percutere fores: Sonum verò ignotum penatibus, id eſt, non ſolitum in ſuis ædibus audiri.

6 Suſpexeris: non ſine cauſa virtutem Pop. Ro. admiraberis: ſuſpicere quaſi ſupra ſe aſpicere: ἀναβλέπειν

7 Vindicavit ſi referas ad pudicitiam ſignificabit hoc verbum ulciſci: ſi verò ad libertatem, honorum decora & inſignia: erit, ſibi uſurpavit.

8 Nullius rei.

Caſſium, 1 Agraria lege; Mælium, 2 largitione, ſuſpectum regiæ dominationis, præſenti morte multavit, ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit: hunc Quinctii dictatoris imperio in medio foro magiſter equitum Servilius Ahala confodit. 3 Manlium verò Capitolii vindicem, quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe, & 4 incivilius efferentem, ab illa, quam defenderat, arce dejecit. Talis domi, ac

1 Agraria lege, agri hoſtibus erepti, populo erant dividendi, æquis portionibus: hinc agrarius, qui agros publicè diviſos poſſidet.

2 Largitio, eſt liberalis donatio: dicunt hanc eſſe inter largitatem & largitionem, differentiam; quòd largitas ſit humanitatis ac liberalitatis definitus effectus: Largitio verò ambitionis: Hinc Cornel. Nep. vocat, largitiones ambitus: id eſt, captatorias donationes, in ambiendis per malas artes honoribus: in Tit. Pomp. Att.

3 Liberatorem, hinc ipſe Capitolinus dictus. Sic Tiberius vocatur vindex Imperii Romani: apud Vell.

4 Incivilius, aſperius, tyranni more. Sic apud Ulp. l. unica, ff. de off. quæſt. egit incivilius, id eſt, violentius, acerbius. Civilis is dicitur moderatus qui pari jure cum cæteris vivit. Incivilis verò qui ſe pro principe gerit & ſuperbè,

foris ; talis pace belloque Pop. Rom. 5 fretum illud Adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem habuit: in qua totam, inter Alpes, fretumque, Italiam armis ſubegit.

5 Fervorem ac adoleſcentiæ ardorem & impetum : Fretum à fervendo ſic dictum : Sic vocant Geographi anguſtias maris, ubi vehementius ſolet concitari : Sic Fretum Gaditanum : Fretum Magellanicum.

LUCII FLORI
HISTORIARVM
LIBER SECVNDVS.
CAPUT. I.

Domita 1 ſubactaque Italia, Populus Romanus prope quingenteſimum

1 Devicta, ſic apud Luc. *Genteſque ſubactas, Vix impunè feres.* Subactus verò Marte, eſt pugna defatigatum eſſe : Subactum ingenium, id eſt, exercitatum ac excultum.

annum agens, quum bona fide 2 adoleviſſet: ſi quod eſt robur, ſi qua juventa: tum ille verè robuſtus & juvenis, & par 3 orbi terrarum eſſe cœpit. Itaque (mirum, & incredibile dictu) qui prope quingentis annis domi luctatus eſt (adeò difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui ſequuntur, Africam, Europam, Aſiam, totum denique orbem terrarum bellis, victoriiſque 4 peragravit.

2 Adoleviſſet, excreviſſet; Sic apud Macrob. adoleſcente luce Lunæ; Et Sen. dixit Adoleſcebat Lex Majeſtatis; conſ. ad Mart.

3 Vel quod ſufficientibus viribus eſſet ut reſiſteret univerſis & omnibus: vel quòd poſſet orbem univerſum & regere & domare: parem eſſe enim ſignificat ſufficere alicui rei, ſive exequendo, ſive reſiſtendo, ἐπαρκεῖν: Cic. ad Att. ſed adhuc pares non ſumus.

4 Sic Liv. peragratus terrarum orbis victoriis ejus gentis, & Plin. in pan. dixit: peragrare orbem terrarum laudibus; ubique notum & nobilem eſſe.

CAPUT

CAPUT II.

Primum Bellum Punicum.

IGitur victor Italiæ Populus, quum à terra 5 fretum uſque veniſſet, more ignis, qui obvias populatus incendio ſilvas, interveniente flumine abrumpitur, pauliſper ſubſtitit. Mox quum videret opulentiſſimam in proximo prædam, quodammodo Italiæ ſuæ abſciſam, & quaſi revulſam, adeò cupiditate ejus 6 exarſit, ut quatenus nec 7 mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungenda, & ad 8 continentem

5 Hìc fretum ſiculum intelligit, quid autem ſit fretum: Vide ſuprà in notis: Verùm aliquando fretum maris ſumitur pro initio apud Lucret. 4. ut & freta ætatis pro primis annis: ut in eodem Lucr. *Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur.*

6 Exarſit, inflammatus eſt, incenſus. Hæc vox non quodlibet deſiderium ſed vehemens ſignificat: Ita explicat Cicero 5. Verr. ſic exarſit, hoc eſt, tanto amore inflammatus eſt.

7 Moles, hìc ſunt aggeres quibus aqua excluditur. Cic. ad Attic. l. 4. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus.

8 Continens Geographis eſt, terra mari non dirempta, ſc. ex qua in aliam ſicco pede trāſiri poteſt.

5 lapide, oculos trepidæ civitatis, fumo, ac pulvere implevit. Eodem poſtea bis exuto caſtris, bis ſaucio, & in Græciam ſuam trans mare ac terras fugato, pax & quies, & tanta adeò de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia, ut victoriam ſuam Roma non 6 caperet. Nec enim temerè ullus pulchrior in Urbem, aut ſpecioſior triumphus intravit. Ante hunc diem nihil, niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma, vidiſſes: tum ſi captivos aſpiceres; Moloſſi, Theſſali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque Lucanus: ſi 7 pompas, aurum, purpura, 8 ſigna,

5 Lapide, milliario. Apud Liv. frequenter leges lapidem pro mille paſſibus. Ovid. Faſtor. 2. *Sacra videt fieri ſextus ab urbe lapis.* De lapide verò emptos dicimus qui publicè à præcone erant venditi.

6 Contineret, ſufficeret ad tanta ſpolia capienda.

7 Magnificentiam, oſtentationem: pompa vox græca à πέμπω mitto: ſignificat omnem apparatum ſolemnem: detrahere pompam muneri ſuo, eſt apud Sen. de benef. l. 2. abſque faſtu dare.

8 Signa, id eſt, imagines, ſtatuæ ad vivum exſculptæ, ſic apud Horat. *Nec magis expreſſi vultus per ahenea ſigna, quàm per vatis opus, mores animique virorum clarorum, apparent.*

tabulæ,

tabulæ, Tarentinæque deliciæ. Sed nihil libentius Populus Romanus aſpexit, quàm illas quas timuerant cum turribus ſuis 9 belluas: quæ non ſine ſenſu captivitatis, ſummiſſis cervicibus, victores equos ſequebantur.

CAPUT XIX.

10 *Bellum Picenum.*

OMnis mox Italia pacem habuit. 11 Qui enim poſt Tarentum auderent? niſi quod ultro perſequi ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo Picentes, & caput 12 gentis Aſculum, Sempronio duce: qui tremente inter prælium campo, Tellurem deam, promiſſa æde, placavit.

9 Hoc anno CD. LXXIX. primùm ducti ſunt in triumpho elephanti.

10 Piſentes inter Æſim & Aternum amnes ſiti; Gens à Sabinis orta. Picenum hodie *Marca d'Acona* dicitur.

11 Alii legunt quid enim; Devictis ac debellatis Tarentinis? Quid potuiſſent cæteri Rom. Imp. hoſtes tentare.

12 Aſculum hodie *Aſcoli*, Metropolis.

CAPUT

CAPUT XX.

Bellum Sallentinum.

SAllentini Picentibus additi caputque 4 regionis Brunduſium cum inclyto portu, Marco Attilio duce. Et in hoc certamine, victoriæ pretium templum ſibi 5 paſtoria Pales ultro popoſcit.

CAPUT XXI.

Bellum Volſinienſe.

POſtremi Italicorum in fide manſêre 6 Volſini, 7 opulentiſſimi Etruſcorum,

4 Brunduſium hodie Brindiſi.

5 Pales Dea pabuli vel paſtorum: vel ut aliis placet Pares à pariendo, quòd pecorum partui præeſſet: Ejus ſacra palilia dicta, quæ à paſtoribus in agris fiebant undecimo Cal. Maij, quo die Romulus urbem fundavit: Ante urbem conditam, paſtorale hoc ſacrum extitiſſe volunt & Plutarc. in Rom. & Tibull. l. 2. El. 5. *Urbi feſtus erat dixêre palilia Patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.* Prop. l. 4.

6 Volſini, hodie *Bolſena*: Ultimi à Romanis defecerunt.

7 Ditiſſimi, quorum Urbs Etruriæ caput habebatur ſi Valer. Max. fides, l. 9. in Externis. Tria autem Etruriæ capita voluerunt eſſe Antiqui; Aretium, Peruſium, Volſinum.

implorantes opem adverſus ſervos quondam ſuos: qui libertatem à dominis datam, in ipſos erexerant: † tranſlataque in ſe republica, dominabantur. Sed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

CAPUT XXII.

1 *De Seditionibus.*

HÆc eſt ſecunda ætas populi Romani & quaſi Adoleſcentia: qua maximè
2 viruit, & quodam flore virtutis exarſit, ac ferbuit. 3 Itaque inerat quædam adhuc ex paſtoribus feritas, quiddam ſpirabat indomitum. Inde eſt, quod exercitus Poſtu-

† Suæ poteſtatis facta.

1 Seditio, eſt civium diſceſſio, eſt enim propriè quum populo diſcordante itur ad manus, qualem deſcribit Virgil. Æn. 1. *Ac veluti magno in populo quum ſæpe cohorta eſt ſeditio, ſævitque animis ignobile vulgus.*

2 Virere, vigere, ac viribus integris pollere, quæ vox apud authores perpetuò uſurpatur ad Juventutis vigorem ſignificandum: Hinc dum genua virent ut apud Hor. Epod. 13. *Dumque virent genua & decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.*

3 Alii legunt, Ita quæ inerat quædam.

mium

mium Imperatorem, 4 inficiantem, quas promiſerat prædas, facta in caſtris ſeditione, lapidavit: quod ſub Appio Claudio noluit vincere hoſtem, quum poſſet: quod duce Volcrone, 5 detrectantibus pleriſque militiam, fracti conſulis faſces: inde, quod clariſſimos principes, quum adverſarentur voluntati ſuæ, exulatione multavit: ut Coriolanum colere agros jubentem; nec minus ille ferociter injuriam armis vindicaſſet, niſi quod jam inferentem ſigna filium, mater Veturia 6 lacrymis ſuis exarmavit: ut ipſum Camillum, quod iniquè inter plebem & exercitum diviſiſſe Vejentem prædam videretur. Sed hic melior, obſeſſis in capta Urbe conſuluit, & mox ſupplices de hoſte

4 Inficiantem, negantem. Inficiari eſt negare. Plaut. in Ciſtel. Omnia inficiatur ea quæ dudum confeſſa eſt: Quint. Decl. 245. dicit inficiari eſſe depoſitum nolle ſolvere. Et apud Juriſconſultos inficialis ſtatus eſt quo objecta negantur.

5 Recuſantibus. Sic apud Juſtin. de Antipatro dicitur, quòd eum detrectantem prælium obſidione cinxerunt, lib. 13. c. 5.

6 Lacrymæ enim miſericordiam impetrant: hinc Ovid. de Ponto lib. 1. *Quodque facis lacrymis opus eſt, non ſanguine dixit, ſæpe per has flecti, Principis ira ſolet.*

Gallo

Gallo vindicavit. Cum Senatu quoque vehementius æquo bonoque certatum eſt; adeò, ut relictis ſedibus ſolitudinem & interitum patriæ ſuæ minaretur.

CAPUT XXIII.

Prima Vrbis Diſcordia.

PRima diſcordia ob 1 impotentiam fœneratorum : quibus in terga quoque 2 ſerviliter ſævientibus, 3 in Sacrum montem plebs armata ſeceſſit : ægreque, nec niſi Tribunos impetraſſet, Menenii Agrippę facundi & ſapientis viri auctoritate, revocata eſt. Extat orationis antiquæ ſatis efficax ad concordiam fabula, qua diſſediſſe

1 Impotentia quoties ad animum transfertur, ſignificat vitium illud, quo quis animi affectibus moderari nequit: ἀκράτεια. Sic Vell. Pompeius potentia ſua nunquam uſus eſt ad impotentiam. Hic verò ſignificat potentiam immoderatè exercitam.

2 Servilis hæc pœna fuit, unde apud Plaut. in Aſin. Sic Libanus loquitur : *Quin ſi tergo res ſolvenda eſt, rapere cupio publicum.*

3 Trans Anienem fluvium ultra tertium milliarium : ſacer dictus quòd Jovi eſſet dicatus.

inter ſe quondam humanos dixit 4 artus, quod omnibus opere fungentibus, ſolus venter immunis ageret: deinde moribundos à ſe junctione rediiſſe in gratiam, quando ſenſiſſent, quòd ejus opera redactis in ſanguinem cibis irrigarentur.

CAPUT XXIV.

Secunda Vrbis Diſcordia.

5 SEcundam in Urbe media 6 decemviratus libido conflavit. Allatas à Græcis leges, decem principes lecti jubente populo conſcripſerant, ordinataque erat in duodecim tabulis tota juſtitia: quum tamen traditos faſces regio quodam furore retinebant. Ante cæteros Appius eò inſolentiæ

4 Membra: propriè tamen artus ſunt nodi in corpore ex duorum oſſium coeuntibus extremitatibus reſultantes: hinc apud Veteres Verbum Artire: pro immittere, inſerere.

5 Sub. ſeditionem.

6 Summus Magiſtratus Romæ fuit in Conſulum locum ſuffectus legis XII. tabularum ſcribendæ cauſa: Hoc centumvirorum judiciis præfuiſſe ſcripſit Dion. Hinc illæ Leges Decemvirales dictæ.

elatus eſt, ut 7 ingenuam virginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ, & Regum, & juris, quod ipſe compoſuerat. Itaque quum oppreſſam judicio filiam, trahi in ſervitutem videret Virginius pater; nihil 8 cunctatus, in medio foro manu ſua interfecit: 9 admotiſque ſignis commilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis, in carcerem & catenas ab 10 Aventino monte detraxit.

CAPUT XXV.

Tertia Vrbis Diſcordia.

TErtiam ſeditionem incitavit matri-

7 Ingenuam, id eſt, liberalem: Artes ingenuæ, id eſt, liberales. Cic. 2. de fin. & Ovid. triſt. l. 1. Ecl. 8. *Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes.*

8 Sine mora, extemplo: Cunctari verò dolorem apud Gell. eſt idem ac tolerare.

9 Commilitonibus advocatis.

10 Aventinus unus ex ſeptem Romæ montibus; ab Aventino Albanorum Rege ita dictus, qui in eo extinctus eſt & ſepultus.

moniorum dignitas; ut 2 plebeii cum patriciis jungerentur: qui tumultus in monte Janiculo, duce Canulejo Tribuno plebis, exarſit.

CAPUT XXVI.

Quarta Vrbis Diſcordia.

QUartam honorum cupido, ut 2 plebeii quoque magiſtratus crearentur. Fabius 3 Ambuſtus duarum pater, alteram Sulpicio patricii ſanguinis dederat, alteram plebeio 4 Stoloni. Hæc quodam tempore

2 Plebeii ex plebe & viliore parte populi: hinc per Metap. plebeius pro vulgari ac tenui: Sic apud Mart. *Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.* Patricii autem ii erant, qui ex Senatoribus à Romulo creatis originem ducebant.

3 Ambuſtus, non planè combuſtus, circumuſtus. Sic dixit Cicero pro domo ſua: Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias domos comportari juberent: Hic Fabius autem ſic dictus fuit quòd fulmine tactus fuiſſet.

4 Aliquando Stolo pro Stolido apud Auſon. *Et jam non potes ô Stolo doceri*: Aliàs Stola ſignificat inutilem illam fruticationem quæ ex arboribus naſcitur: Lex verò Stolonis ea erat quæ vetabat plus quingenta jugera habere civem Romanum.

quod

quod 5 lictoriæ virgæ ſonum ignotum penatibus ſuis expaverat, à ſorore ſatis inſolenter irriſa, injuriam non tulit. Itaque nactus Tribunatum, honorum & magiſtratuum conſortium, quamvis invito ſenatui extorſit. Verùm in his ipſis ſeditionibus principem populum non immerito 6 ſuſpexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora & inſignia 7 vindicavit: interque hæc omnia 8 nullius acrior cuſtos, quàm libertatis fuit, nullaque in pretium ejus potuit largitione corrumpi; quum ut in magno, & in dies majore populo, interim pernicioſi cives exiſterent. Spurium

5 Sonum quem Lictor fecerat virga: ſolebat autem percutere fores: Sonum verò ignotum penatibus, id eſt, non ſolitum in ſuis ædibus audiri.

6 Suſpexeris: non ſine cauſa virtutem Pop. Ro. admiraberis: ſuſpicere quaſi ſupra ſe aſpicere: ἀναβλέπειν

7 Vindicavit ſi referas ad pudicitiam ſignificabit hoc verbum ulciſci: ſi verò ad libertatem, honorum decora & inſignia: erit, ſibi uſurpavit.

8 Nullius rei.

Caſſium, 1 Agraria lege; Mælium, 2 largitione, ſuſpectum regiæ dominationis, præſenti morte multavit, ac de Spurio quidem ſupplicium pater ipſius ſumpſit: hunc Quinctii dictatoris imperio in medio foro magiſter equitum Servilius Ahala confodit. 3 Manlium verò Capitolii vindicem, quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe, & 4 incivilius efferentem, ab illa, quam defenderat, arce dejecit. Talis domi, ac

1 Agraria lege, agri hoſtibus erepti, populo erant dividendi, æquis portionibus: hinc agrarius, qui agros publicè diviſos poſſidet.

2 Largitio, eſt liberalis donatio: dicunt hanc eſſe inter largitatem & largitionem, differentiam; quòd largitas ſit humanitatis ac liberalitatis definitus effectus; Largitio verò ambitionis: Hinc Cornel. Nep. vocat, largitiones ambitus: id eſt, captatorias donationes, in ambiendis per malas artes honoribus: in Tit. Pomp. Att.

3 Liberatorem, hinc ipſe Capitolinus dictus. Sic Tiberius vocatur vindex Imperii Romani: apud Vell.

4 Incivilius, aſperius, tyranni more. Sic apud Ulp. l. unica, ff. de off. quæſt. egit incivilius, id eſt, violentius, acerbius. Civilis is dicitur moderatus qui pari jure cum cæteris vivit. Incivilis verò qui ſe pro principe gerit & ſuperbè.

foris ; talis pace belloque Pop. Rom. 5 fretum illud Adoleſcentiæ,id eſt,ſecundam imperii ætatem habuit : in qua totam,inter Alpes, fretumque, Italiam armis ſubegit.

5 Fervorem ac adoleſcentiæ ardorem & impetum : Fretum à fervendo ſic dictum : Sic vocant Geographi anguſtias maris , ubi vehementius ſolet concitari : Sic Fretum Gaditanum : Fretum Magellanicum.

LUCII FLORI HISTORIARVM

LIBER SECVNDVS.

CAPUT I.

Domita 1 ſubactaque Italia , Populus Romanus prope quingenteſimum

1 Devicta , ſic apud Luc. *Genteſque ſubactas, Vix impunè feres.* Subactus verò Marte , eſt pugna defatigatum eſſe : Subactum ingenium , id eſt, exercitatum ac excultum.

annum agens, quum bona fide 2 adoleviſſet? ſi quod eſt robur, ſi qua juventa: tum ille verè robuſtus & juvenis, & par 3 orbi terrarum eſſe cœpit. Itaque (mirum, & incredibile dictu) qui prope quingentis annis domi luctatus eſt (adeò difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui ſequuntur, Africam, Europam, Aſiam, totum denique orbem terrarum bellis, victoriiſque 4 peragravit.

2 Adoleviſſet, excreviſſet; Sic apud Macrob. adoleſcente luce Lunæ; Et Sen. dixit Adoleſcebat Lex Majeſtatis; conf. ad Mart.

3 Vel quod ſufficientibus viribus eſſet ut reſiſteret univerſis & omnibus: vel quòd poſſet orbem univerſum & regere & domare: parem eſſe enim ſignificat ſufficere alicui rei, ſive exequendo, ſive reſiſtendo, ἐπαρκεῖν: Cic. ad Att. ſed adhuc pares non ſumus.

4 Sic Liv. peragratus terrarum orbis victoriis ejus gentis, & Plin. in pan. dixit: peragrare orbem terrarum laudibus; ubique notum & nobilem eſſe.

CAPUT

CAPUT II.

Primum Bellum Punicum.

IGitur victor Italiæ Populus; quum à terra 5 fretum uſque veniſſet, more ignis, qui obvias populatus incendio ſilvas, interveniente flumine abrumpitur, pauliſper ſubſtitit. Mox quum videret opulentiſſimam in proximo prædam, quodammodo Italiæ ſuæ abſciſam, & quaſi revulſam, adeò cupiditate ejus 6 exarſit, ut quatenus nec 7 mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungenda, & ad 8 continentem

5 Hic fretum ſiculum intelligit, quid autem ſit fretum: Vide ſuprà in notis: Verùm aliquando fretum maris ſumitur pro initio apud Lucret. 4. ut & freta ætatis pro primis annis: ut in eodem Lucr. *Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur.*

6 Exarſit, inflammatus eſt, incenſus. Hæc vox non quodlibet deſiderium ſed vehemens ſignificat: Ita explicat Cicero 5. Verr. ſic exarſit, hoc eſt, tanto amore inflammatus eſt.

7 Moles, hìc ſunt aggeres quibus aqua excluditur. Cic. ad Attic. l. 4. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus.

8 Continens Geographis eſt, terra mari non dirempta, ſc. ex qua in aliam ſicco pede trãſiri poteſt.

ſuum revocanda bello videretur. Sed ecce ultro ipſis viam 2 pandentibus fatis, nec occaſio defuit, quum de 3 Pœnorum inſolentia, fœderata 4 Siciliæ civitas 5 Meſſana quereretur. 6 Affectabat enim ut Romanus, ita Pœnus Siciliam; & eodem tempore, paribus uterque votis, ac viribus, imperium orbis agitabat. Igitur ſpecie qui-

2 Pandentibus, patefacientibus, aperientibus. Sic quoque apud Sen. de tranq. pandere viam. Et Virg. Æn. 3. *Anchiſem facio certum, remque ordine pando.*

3 Pœni, Cartaginenſes à nomine Phœnix, aſpiratione detractâ: ſumpſerunt enim originem à Tyriis Phœnices populi, qui Eliſa Duce (quæ & Dido dicitur) Pygmalionis ſævitiam fugientes, in Africam appulerunt.

4 Sicilia olim Trinacria, item & Triquetra à forma triangulari dicta, quippe tribus promontoriis in diverſa procurrens, Græcorum Δέλτα imaginem referre dicitur.

5 Meſſana: Urbs Siciliæ propinqua peloro promontorio, Sil. lib. 15. *Incumbens Meſſana freto, nivibuſque revulſa.* Hodie Meſſine.

6 Affectabat, appetebat ac deſiderabat: Quidam tamen interpretantur, affectare eſſe pronum animum habere ad aliquid faciendum vel occupandum: Virgil. Æn. 3. *Verùm ubi nulla datur dextram affectare poteſtas.*

dem

dem ſocios juvandi, re autem ſollicitante præda; quamquam territaret novitas rei (tanta tamen in virtute fiducia eſt) ille rudis, ille paſtorius populus, vereque terreſter, oſtendit nihil intereſſe virtutis; equis an navibus: terra an mari dimicaretur. 7 Appio Claudio conſule, primùm, fretum ingreſſus eſt, fabuloſis 8 infame monſtris, æſtuque violentum: ſed adeò non eſt exterritus, ut illam ipſam ruentis æſtus violentiam pro munere amplecteretur: ſtatimque ac ſine mora Hieronem Syracuſanum Regem tanta celeritate vicit, ut ille ipſe ſe prius victum, quàm hoſtem videret, fateretur. Duillio, Cornelioque conſulibus, etiam mari congredi auſus eſt. Tum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ victoriæ auſpicium fuit. Intra enim ſexageſimum diem quam cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in anchoris ſtetit: ut non arte

7 Is poſtea Caudex appellatus fuit quòd primus perſuaſerit Romanis navem conſcendere. Sen. de brev. vitæ: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud Antiquos vocatur.

8 Malè audit ob Scyllam & Charybdim, ſcopulos.

factæ, ſed quodam munere Deorum converſæ in naves, atque mutatæ arbores viderentur. Prælii verò forma mirabilis: quum illas celeres, volucreſque hoſtium naves, hæ graves tardæque comprehenderent. 1 Longè illis nauticæ artes, detorquere remos, & ludificari fuga roſtra. Injectæ enim 2 ferreæ manus, 3 machinæq; aliæ, ante certamen multum ab hoſte deriſæ: coactique hoſtes quaſi 4 in ſolido decernere. Victor ergo apud 5 Liparas, mer-

1 Parum profuit Cartaginenſibus rei nauticæ peritia: Ut enim is dicitur adeſſe alicui qui eum defendit, ita abeſſe & longè eſſe à quo nullum auxilium ſperare poteſt.

2 Harpagones ferrei, à Duellio excogitati, quibus agilitatem navium punicarum retardaret.

3 Machina, inventum, & tale opus non tam materiæ ratio quàm artis atque manus habetur; Machinæ bellicæ opera fabrilia vocantur quibus in bellis utimur. Machina quoque frumentaria eſt, quæ ad frumentum tundendum inſervit, hinc Aſinus Machinarius qui molam volvit ac torquet. Amica, verò de Machinis empta, id eſt, de piſtrino vel moletrina.

4 In ſolo vel pugna terreſtri dimicare.

5 Lipara, una ex Æoliis à Liparo rege ita dicta. Æn. 8: *Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque, Erigitur Liparen.*

fa-

ſa, & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Cujus quod gaudium fuit! quum Duillius Imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœna rediret, prælucere 5 funalia, præcinere ſibi tibias juſſit, quaſi quotidie triumpharet. Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum fuit. Alter conſulum interceptus Cornelius Aſina: qui ſimulato colloquio evocatus, atque ita oppreſſus fuit: perfidiæ Punicæ documentum. Calatino dictatore, ferè omnia præſidia Pœnorum, Agrigento, 6 Drepanis, 7 Panormo, 8 Eryce, Lilybæo detraxit. Tre-

5 Funalia, faces ex contortis funibus cera aut pice circumdatis.

6 Drepanum hodie *Drepane*, ab incurvato ſinu nomen habens inſtar falcis, δρέπανος Græcis falx eſt: Drepanenſes reliquos Siculos ſcientia nautica facilè ſuperant.

7 Panormus hodie *Palerme* proregis ſedes, ἀπὸ τοῦ παντὸς καὶ ὅρμου: Eſt autem ὅρμος portus pars ſive ſtatio: unde Nautæ Hormizare dicunt, quando navem Anchoris ac retinaculis inſtruunt.

8 Nomen montis prope Panormum, in cujus vertice planities erat, ubi Veneris Erycíæ templum: Hoc templum reſtauravit Claudius: Ovid. Am. 2. *Quid geminas Erycina meos ſine fine dolores.*

pidatum eſt ſemel circa Camerinenſium ſaltum, ſed eximia virtute Calpurnii Flammæ tribuni militum evaſimus, qui lecta trecentorum manu, infeſtum & inſeſſum ab hoſtibus tumulum occupavit, adeoque moratus hoſtem, dum exercitus omnis evaderet: ac ſic pulcherrimo exitu, 9 Thermopylarum, & Leonidæ famam adæquavit: hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantę ſuperfuit, & ſupervixit, 10 licet nihil ſcripſerit ſanguine. Lucio Cornelio Scipione, quum jam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani provincia; ſerpente latius bello, in Sardiniam annexamque Corſicam tranſit: 11 ubi & ſic Caralæ urbis excidio in-

9 Thermopylæ, Anguſtiæ montium in Theſſalia, ob pugnam Leonidæ nobiles.

10 Tribuit Florus Leonidę, quod Orchyadi competit. Vide Salmaſ.

11 Caralis Sardiniæ urbem cenſet Cluverius eam eſſe quam hodie Itali *Cagliari* & Sardi *Caglier* dicunt: quæ Cartaginenſium Colonia fuit: Verùm Naz. & Pal. membranæ iſtius Urbis oblitæ, ſic legunt, ubi & ſic Olbiæ: & omnium optimè Salm. hunc locum reſtituit Olbiæ hic nimirum in Sardinia: Ibi Aleriæ nempe in Corſica, urbis excidio incolas terruit.

colas terruit, adeoque omnes terra, [2] mari Pœnos expugnavit, ut jam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret. Marco Attilio Regulo duce jam in Africam navigabat bellum. Nec deerant, qui ipſo [3] Punico maris nomine, ac terrore deficerent, augente inſuper Tribuno Mannio metum: in quem, niſi paruiſſet, ſecuri diſtricta, Imperator metu mortis navigandi fecit audaciam. Mox ventis, remiſque properatum eſt: tantuſque terror hoſtici adventus Pœnis fuit, ut apertis pene portis Carthago caperetur. Prima, belli præmium fuit civitas Clypea: prima enim à Punico littore quaſi arx & ſpecula procurrit. Et hæc, & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus, ſed cum monſtris quoque dimicatum eſt; quum quaſi in vindictam Africæ, nata

2. Sic legendum eſſe alii cenſent; mare ac terram Pœnis repurgavit; quæ loquutio & plana & latina eſt.

3 Punici non punico: Ipſo ſono vocis animum deſpondebant.

miræ

miræ magnitudinis 4 ſerpens, poſita apud Bragadam caſtra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis ſui latè circumtuliſſet, quumque magnam vim juventutis, duceſque ipſos aut cecidiſſet, aut haberet in vinculis, claſſemque ingenti præda onuſtam, & triumpho gravem, in Urbem præmiſiſſet; jam ipſam belli caput Carthaginem urgebat obſidio, ipſiſque portis inhærebat. Hîc paululum 5 circumacta fortuna eſt, tantum, ut plura eſſent Romanæ virtutis inſignia: cujus ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam converſis, ad externa auxilia hoſtibus, quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo vincimur. Tum fœda cla-

4 cxx. pedum longitudinis fuiſſe dicunt, cujus exuviæ diu Romæ in templo penſiles conſpectæ ſunt: Vexabat autem caſtra quia milites aquatione arcebat, quia milites non audebant appropinquare fluvio, quem hîc Bragadam vocat Florus. Hoc monſtrum tandem Romani, baliſtris ac tormentis, ut oppidum expugnârunt.

5 Circumacta, verſa ac immutata: Pœni enim ægrè ferentes, Regulum tam duras ac iniquas ipſis petentibus pacem propoſuiſſe, Martis aleam ſubire maluerunt, ac totum Rom. exercitum profligant, ipſum quoque Regulum capiunt,

des,

des, 1 Romaniſque uſu incognita : vivus in manus hoſtium venit fortiſſimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitatis fuit. Nam nec Punico carcere infractus eſt, nec legatione ſuſcepta. Quippe diverſa, quàm hoſtes mandaverant, cenſuit : ne pax fieret, nec commutatione captivorum reciperetur. 2 Sed nec illo voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultimo ſive carceris ſive crucis 3 ſupplicio deformata majeſtas ; imò his omnibus admirabilior, quid aliud quàm victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphavit ? Populus autem Romanus multo acrior, infeſtiorque pro ultione Reguli, quàm pro victoria fuit. Metello igitur conſule ſpirantibus altius Pœnis, & reverſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic hoſtes cecîdit, ut nec amplius eam inſulam conci-

1 Nunquam enim Romani tale quid experti erant.

2 Juramento ſe adſtrinxerat Regulus ſe reverſurum, ni utrum impetraret, id eſt, pacem & captivorum commutationem: utrumque diſſuadet; & fidem liberat redeundo ſponte ad hoſtem ſæviſſimum.

3 Alii, ut Cicer. contra Piſ. dicunt Regulum palpebris reſectis vigilando enecatum.

tarent.

tarent. Argumentum ingentis victoriæ; centum circiter elephantorum captivitas, ſic quoque magna præda, ſi gregem illum non bello, ſed venatione cepiſſet. 4 Publio Claudio conſule, non ab hoſtibus, ſed à Diis ipſis ſuperatus eſt, quorum auſpicia contempſerat: ibi ſtatim claſſe demerſa, 5 ubi ille præcipitari pullos juſſerat, quòd pugnare ab his vetaretur. Marco Fabio Buteone conſule, claſſem hoſtium in Africo mari apud 6 Ægimurum jam in Italiam ultro navigantem cecîdit. 7 Quantus ô tunc triumphus tempeſtate intercîdit, quum opulenta præda, claſſis adverſis acta ventis, nau-

4 Alii ut Vinetus hunc Appium Claudium nominant.

5 Ex hiſtoriis obſervatum eſt ſceleris & pœnæ eundem ſæpe locum fuiſſe. Alexander Beſſum eo loco in quo Darium ipſe occiderat, necari juſſit. Turullius ea in ſylva occiſus eſt in qua impius fuit.

6 Ægimuros Inſula eſt in mari Libyco, inſidioſa naufragiis.

7 Periit, evanuit, propriè intercidere, eſt temporis ſpatio evaneſcere.

fragio

fragio ſuo Africam & 8 Syrtes : omnium imperia gentium, inſularum littora, implevit! Magna clades, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate; interceptam tempeſtate victoriam, 3 & triumphum, periiſſe naufragio. Et tamen quum Punicæ prædæ omnibus 4 promontoriis, inſuliſque 5 fruſtrarentur, & fluitarent, populus Romanus triumphavit. Lutatio Catulo conſule tandem bello finis impoſitus apud inſulas quibus nomen ÆGATES: nec major aliàs in mari pugna, quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hoſtium

2 Syrtes, ſunt arenoſa in mari Africo loca: Duę autem Syrtes, Altera, prope Cartaginem quam minorem vocant, altera quę in Cyreniacam vergit, major Syrtis dicitur: ſunt & Syrtes in terra in eadem Africa, videl. arenarum cumuli à vento concitati: Hinc Syrticus Ammon: Luc. 10. *Nec Syrticus obſtitit Ammon.*

3 Triumphus, pro ſpoliis in triumpho ferendis.

4 Promontorium, mons in mare prominens. Ἄκρα ut promontorium *Minervæ*, prope Surrentum: in quo ſacellum ab Ulyſſe Minervæ ædificatum; *Inde legit Capreas Promontoriumque Minervæ.* Ov. met. 15.

5 Fruſtatim lacerarentur: ſcribendum igitur eſt fruſtarentur à fruſto, cùm fruſtrari ſit ab adverb. Fruſtrà.

classis,

claſſis, & in ea quaſi tota Carthago: quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis prompta, levis, expedita, & quodam genere caſtrenſis; ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis, quaſi habenis agebatur; & in hos vel in illos mobilia roſtra ſpeciem viventium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excindendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Supervacuum viſum eſt in arcem, muroſque ſævire, quum jam in mari eſſet deleta Carthago.

CAPUT III.

1 *Bellum Liguſticum.*

PEracto Punico bello, ſequuta eſt brevis ſanè, & quaſi ad recipiendum ſpiri-

1 Liguſticum, vel ut Nazian. & Pal. Liguricum: hoc eſt bellum cum Liguribus: Liguria autem eſt omnis illa regio quæ intra Varum Fluv. & Alpes maritimas ad occaſum, Macram fluv. ad ortum ut & Etruriam, ſita: à Meridie Liguſtico mari, à Septentr. amne *Pado* terminata. Hujus regionis caput *Genua* eſt.

tum requies: argumentumque pacis, & bona fide ceſſantium armorum, 2 tunc primum poſt Numam clauſa fuit porta Jani: ſed ſtatim ac ſine mora patuit. Quippe jam Ligures, jam 3 Inſubres Galli, nec non & 4 Illyrii laceſſebant, 5 ſic deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiæ faucibus gentes, deo quodam aſſiduè incitante, ne rubiginem, ac ſitum ſcilicet arma ſentirent; denique ita cotidiani, & quaſi domeſtici hoſtes tirocinia militum imbuebant; nec aliter utraque gente, quàm quaſi cote quadam populus Romanus ferrum ſuæ acuebat virtutis. LIGURES imis Alpium jugis adhærentes inter Varum & Macram flumen, implicitoſq;

2 Jani templum tempore pacis claudebatur: unde Flac. Epiſt. 2. l. 2. *Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum.*

3 Inſubres hodie Mediolani Ducatus Incolæ, olim Galliæ Ciſalp. populi.

4 Illyricum eſt Græcis Illyris, duabus potiſſimùm regionibus diſtinctum, quarum una ab Arſia ad Titium Amnem, qui nunc eſt *Cherca*, Liburnia dicitur. Altera ad Drilonem uſque fluvium ſive Liſſum oppidum, quod nunc vulgò *Aleſſia*, Dalmatia dicitur.

5 Ex eo loco qui eſt ſub Alpibus. Sic deſuper dicitur pro ſuper.

dumis

dumis ſilveſtribus, major aliquanto labor erat invenire, quàm vincere. Tutum locis, & fuga, durum, atque velox genus, ex occaſione magis latrocinia, quàm bella faciebat. Itaque, quum diu multumque eluderent ſaltu, viis, latebris, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum ignibus ſepſit: Bæbius in plana deduxit: Poſtumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

CAPUT IV.

Bellum Gallicum.

GAllis Inſubribus, & his 1 accolis Alpium, animi ferarum, 2 corpora plus quàm humana erant: ſed 3 experimento deprehenſum eſt, quippe ſicut primus impetus eis major quàm virorum eſt, ita ſe-

1 Accola, vicinus, πάροικος: Accola padi, Accola montis, qui prope vel montem vel padum habitat.

2 Staturam hominum ſuperantia.

3 Experientia ipſa compertum habuerunt.

quens

quens minor quàm fœminarum. 4 Alpina corpora humenti cœlo educata, habent quiddam ſimile cum nivibus ſuis: quæ mox ut caluêre pugna, ſtatim in ſudorem eunt; & levi motu, quaſi ſole, laxantur. Hi ſæpe & aliàs, ſed Britomaro duce, non prius ſoluturos ſe baltea, quàm Capitolium aſcendiſſent, juraverant. Factum eſt. Victos enim Æmilius in Capitolio 5 diſcinxit. Mox Aſtrionico duce vovere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. 6 Intercepit Jupiter votum. Nam de torquibus eorum aureum trophæum Jovi Flaminius erexit. Viridomaro Rege Romana arma Vulca-

4 Et hoc certò conſtat homines ut & bruta cæteræque creaturæ, diverſa ingenia, diverſoſque corporis habitus habere pro locorum in quibus naſcuntur & educantur, naturâ. Audi Virg. *Continuò has Leges, æternaque fœdera certis impoſuit natura locis* &c. Georg. 1.

5 Baltea ademit, quod ignominioſum erat militibus. Hinc, diſcinctos vocamus vel negligentes & ſinu laxo rem agentes; vel quoque exauctoratos milites.

6 Jupiter rem voto nuncupato habuit, alii dicatam recepit. Intercipere enim, excipere quod aliis deſtinatum erat.

no

no promiſerant: 7 aliorſum vota ceciderunt. Occiſo enim Rege 8 Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio Jovi arma ſuſpendit.

CAPUT V.

Bellum Illyricum.

9 ILlyrii ſeu Liburnii ſub extremis Alpium radicibus 10 agunt inter Arſiam, Titiumque flumen, longiſſimè per totum 11 Adriani maris littus effuſi. Hi regnante Teuta muliere, populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt. Legatos quippe noſtros, ob ea quæ deliquerant, 12 jure agentes, nec gladio quidem, ſed

7 Alium exitum habuerunt vota.

8 Romulus, & Coſſus priora ſuſpenderant: Et hæc, ut ſuprà vidimus, ſpolia opima vocabantur.

9 Qui fuerint Illyrici vide in præcedentibus.

10 In imis Alpium partibus degunt.

11 Aliter Adriaticum ſive ſuperum mare; ab Adria hodie *Adri* oppido à Tuſcis condito, nomen habet.

12 Jure gentium querentes de illatis injuriis.

ut

ut victimas; 5 ſecuri percutiunt, præfectos navium, igne comburunt, idque, quo indignius foret, mulier imperabat. Itaque Cnæo Fulvio Centimalo duce, latè domantur. Strictæ in principum colla ſecures, 6 legatorum manibus litavêre.

CAPUT VI.

Bellum Punicum ſecundum.

POſt primum Punicum bellum, vix quadriennii requies, ecce alterum bellum: minus quidem ſpatio (nec enim amplius 7 quàm decem & octo annos habet) ſed adeò cladium atrocitate terribilius, ut ſi quis conferat damna utriuſque populi, ſimilior victo 8 ſit populus qui vicit.

5 Securis Amazonum inventum, unde Amazones dictæ ſunt à Poëtis ſecurigeræ: Infligere Reip. ſecurim metaph. dixit Cic. pro Roſc. graviter ei officere.

6 Hoc ſacrificio placaverunt.

7 Prius enim bellum ſpatio 24. annorum confectum fuit.

8 *Propiúſque fuêre periclo, queîs ſuperare datum.* Sil. l. 1. 77. &c.

9 Pudebat

9 Pudebat nobilem populum (10 ablatum mare, captæ inſulæ) dare tributa; quæ jubere conſueverat. Hinc 11 ultionem puer Annibal ad aram patri juraverat: nec remorabatur. Igitur in cauſa belli Saguntus 12 deleta eſt, vetus Hiſpaniæ civitas, & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum, quam in libertatem communi fœdere exceptam, Annibal cauſas novorum motuum quærens, & ſuis, & ipſorum manibus evertit, ut Italiam

9 Alii legunt Urebat, ſed res eodem redit.

10 Polyb. enim refert hac lege datam Pœnis pacem à P. R. *Pœni Sicilia & omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Africam ſunt, excedunto: M.C.C. talenta in annos XX. pendunto.*

11 Hoc votum ſic refert Nepos in Hannib. *Simulque ad aram adduxit apud quam ſacrificare, eamq; cæteris remotis tenentem, jurare juſſit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore:* Talis enim fuit mos Veterum ad aras accedendi jurandi causâ: Nam cùm ad aram bellum in Titanas ſuſcepturi Dii juraſſent; obtinuit mos ut ſancirentur aræ tactu: hinc aram tangere pro jurare.

1 Hiſpaniæ civitas ultra Iberum Fluv. à Zacynthiis conditã, hujus cladem memorat Liv. l. 1. dec. 3. fames ſaguntina abiit in proverb. ad deſignandam ſummam rerum penuriam. *Iam Iam Peruſina, jam Saguntina fame, Lucaniacum liberet.* Auſ.

ſibi

ſibi rupto fœdere 2 aperiret, Summa FOEDERUM Romanis religio eſt: Itaque ad auditum ſociæ civitatis obſidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim jam novem menſibus 3 feſſi fame, machinis, ferro, & igne, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant 4 rogum: tum deſuper ſe ſuoſque cum omnibus opibus ſuis ferro, & igni corrumpunt. Hujus tantæ cladis auctor Annibal poſcitur. Tergiverſantibus Pœnis, dux legationis, Quæ, inquit, mora eſt? Fabius: In hoc ego ſinu bellum pacemque porto: utrum eligitis? Succlamantibus; bellum; Bellum igitur, inquit, accipite: & excuſſo in mediam curiam togæ gremio, non ſine horrore, quaſi planè ſinu bellum ferret, effudit. Similis exitus belli initio fuit, nam quaſi has

2 Viam faceret.

3 Feſſi: Sic Virg. l. 1. *Tum Cererem corruptam undis, cerealiaque arma expediunt feſſi rerum:* id eſt, penuria defatigati, hìc ſignificat fracti & fatigati fame.

4 Pyra eſt lignorum congeries: Rogus cùm jam ardere cepit; Buſtum cùm jam exuſtum, vocatur.

5 inferias ſibi Saguntinorum ultimæ 6 diræ in illo publico parricidio, incendioque mandaſſent, ita manibus eorum, vaſtatione Italiæ, captivitate Africæ, ducum & regum, qui id geſſêre bellum, exitio 7 parentatum eſt. Igitur ubi ſemel ſe in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatumque Romanis jam diu 8 fulmen, Saguntino igne conflavit; ſtatim quodam impetu rapta,

5 Inferiæ ſunt ſacrificia quæ manibus apud Inferos competunt. Ab inferendo dictas conſtare poteſt ex Arnobio lib. 6. qui ſic ſcribit: *Non denique vinum liquens paterarum effuſionibus inferamus:* Et ex Marone 3. Æn. *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.*

6 Deteſtationes, Execrationes: aliàs Diræ ſunt furiæ ultrices, quarum duæ Jovi ſemper aſſident: Virg. Æn. 12. *Hæ Iovis ad ſolium, ſævique in limine regis apparent.*

7 Juſta ſunt perſoluta.

8 Fulmen, tempeſtas, his duobus Florus ſignificat, tum vim atque impetum Hannibalis in Romanos, tum quoque ſubitas ac frequentes clades ac prælia: Duces ipſi & Imperatores fulmina vocantur: Sic apud Virg. 6. *Quis Gracchi genus? aut geminos duo fulmina belli, Scipiadas.*

2 medias perfregit Alpes; & in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis nivibus, velut cœlo miſſa, deſcendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum, & Ticinum, valido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fuſus exercitus, ſaucius & ipſe veniſſet in manus hoſtium Imperator, niſi protectum patrem 3 prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet. Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit, nomen ex malis ejus habiturus. Ticino Trebia ſuccedit. Hîc ſecunda Belli Punici procella deſævit, Sempronio conſule. Tunc calidiſſimi hoſtes frigidum, & nivalem nacti diem, quum ſe ignibus prius, 4 oleoque foviſſent (horribile dictu!) homines à meridie, & ſole venientes, noſtra nos hieme vicerunt. Traſimenus lacus, tertium fulmen Anniba-

2 Illas enim primus penetravit Hannibal, & aceto infuſo cum incendio fregit: *Diducit ſcopulos & montem rumpit aceto.* Juv. Satyr. 10. Hoc tamen ut fabuloſum omittit Polyb.

3 Prætextatus, id eſt, adhuc puer nondum egreſſus annum 15. Prætexta erat toga alba cujus ora & circuitus purpura prætexebatur.

4 Oleum enim & robur ac vires auget ac à corporibus frigus arcet.

lis, Imperatore Flaminio. Ibi quoque ars nova Punicæ fraudis, quippe nebula lacus, paluſtribuſque virgultis tectus eques, terga ſubitò pugnantium invaſit. Nec de diis poſſumus queri, imminentem quippe temerario duci cladem prædixerant inſidentia ſignis 5 examina, & aquilæ prodire nolentes, & commiſſam aciem ſequutus ingens terræ tremor: niſi illum horrorem ſoli, equitum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt. Quartum, id eſt, pæne ultimum vulnus imperii, CANNÆ; ignobilis Apuliæ vicus, 6 ſed magnitudine cladis emerſit; & quadraginta millium cæde parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœlum,

5 Examen, vel examina in plur. ſignificat in genere omnem multitudinem: ſic Plin. in pan. dixit examina infantium; alibi examina ſervorum, ſed propriè ſignificat novam apum ſobolem; quam parentes ex ſuis alvearibus, ad novas ſedes quærendas, exire cogunt.

6 Sic dixit Alexander apud Curtium, *Se nobilitatem ignobilibus locis daturum*, Emergere ſignificat ex obſcuro & anguſto loco in lucem & in altum prodire. Sic Juven. *Haud facilè emergunt quorum virtutibus obſtat, res anguſta domi*: Sat. 3.

dies,

dies, tota denique rerum natura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, inſuper callidiſſimus Imperator, patentibus in campis, obſervato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, 1 & Eurus ab Oriente ſemper 2 quaſi ad conſtitutum, ita inſtruxit aciem, ut Romanis adverſus hæc omnia obverſis, 3 quaſi ſecundum cœlum tenens, vento, pulvere, ſole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, donec Annibal diceret militi ſuo, 4 Parce ferro. Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter majore animo. Paulum puduit; 5 Varro non deſperavit. Documenta cla-

1 Eurus: Ventus ſpirans ab ortu brumali, quem Latini Vlturnum appellant, & à Nautis Romanis ſubſolanus vocatur, teſte A. Gell. cap. 22. l. 2.

2 Ad propoſitum ſcopum.

3 Romanis hæc omnia adverſa, Pœnis verò ſecunda, quia ſole ſecundo & vento pugnabant.

4 Simile quid tribuit Julio Cæſari Florus, cùm in Pharſalica pugna clamaret, *Miles parce civibus.*

5 Ideo ab occurrente Senatu gratiæ huic hoc nomine ſunt actæ, quòd de reſtituenda Republica non deſperâſſet.

dis, cruentus aliquandiu Aufidus; pons de cadaveribus, juſſu ducis factus in 6 torrente Vergelli; modii duo anulorum Carthaginem miſſi, dignitaſque equeſtris taxata menſura. Dubium deinde non erat, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma; quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, ſi (quod Pœnum illum dixiſſe Adherbalem Bomilcaris 7 ferunt,) Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet. Tum quidem illum, ut dici vulgò ſolet, aut fatum Urbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & averſi à Carthagine Dii, in 8 diverſum abſtulerunt. Quum victoria poſſet uti, frui maluit; relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare: ubi mox & ipſe, & exercitus ardor elanguit, adeò, ut verum dictum ſit,

6 Alii flumen dicunt: ſed ſive flumen: ſive torrens, ſitum fuiſſe legimus in Sicilia inter Camerinam & Agrigentum. Vide Val. Max. l. 9. 2.2.

7 Supple filium.

8 Aliud ſuaſerunt, & aliò impulerunt: credebant enim veteres Deos iratos eſſe iis quibus aliqua calamitas vel grande malum advenerat. Sic Virgilius Æneid. 2.

Spes Danaûm, fracta vires, averſa Dea mens.

[1] Capuam Annibali Cannas fuiſſe. Siquidem invictum Alpibus, indomitum armis, Campaniæ (quis crederet?) [2] ſoles, & repentes fontibus [3] Bajæ, ſubegerunt. Interim reſpirare Romanus, & quaſi ab inferis emergere. Arma non erant, detracta ſunt templis: deerat juventus, in ſacramentum militiæ liberata ſervitia, egebat ærarium; opes ſuas libens ſenatus in medium protulit: nec præter quod in [4] bullis ſinguliſque

1 *Ibi enim virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam, dixit* Marcellus apud Liv. l. 23. *Virum.* Senec. ad Luc. *enervavêre Campaniæ fomenta, armis invictus, vitiis victus eſt.*

2 Solis æſtus ac calor: Sic Hor. 1. Epiſt. 20. *Corporis exigui præcanum ſolibus aptum.*

3 Bajæ, civitas Campaniæ, amœnitate ſitus & aquarum ſalubritate, fontibuſque calidis ad voluptatem & ad ſanandos morbos idoneis, celeberrima: Unde Hor. *Nullus in Orbe ſinus Baiis prælucet amœnis.*

4 Bulla fuit inſigne puerorum præſertim Nobilium, bullæ figura rotunda fuit in cordis figuram formata quam ante pectus collo annectebant: Macrob. l. 1. c. 7. Hinc ſenem bulla dignum dixit Juven. ſ. 13. pro inepto ſene, ac nihil magis ſapiente quàm puer: Bullatas verò nugas dixit Perſ. ſ. 5. quæ vilis popelli judicio, aut pueris probantur.

anulis erat, quicquam ſibi auri reliquêre. Eques ſequutus exemplum, imitatæque equitem tribus, denique vix ſuffecêre tabulæ, vix ſcribarum manus, Lævino, Marcelloq; conſulibus, quum privatæ opes in publicum deferrentur. Quid autem in eligendis magiſtratibus, quæ centuriarum ſapientia, quum juniores à ſenioribus conſilium de creandis conſulibus petivêre? Quippe adverſus hoſtem toties victorem, tam callidum, non virtute tantùm, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima redeuntis, &, ut ſic dixerim, reviviſcentis imperii ſpes Fabius fuit: qui novam de Annibale victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc illi cognomen novum, & Reipubl. ſalutare, Cunctator. Hinc illud ex populo, ut imperii ſcutum vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranoſq; ſaltus ſic 7 maceravit Annibalem, ut 8 qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde 9 Claudio Marcello duce etiam

7 Debilitavit, attenuavit.

8 Pugna ac certamine, apertoque Marte non poterat debilitari.

9 Ut Fabius ſcutum Imperii vocatus fuit, ita Marcellus gladius dictus fuit.

congredi auſus eſt. Cominus venit, & pepulit è Campania ſua, & ab obſidione 1 Nolæ urbis excuſſit. Auſus & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſequi, & premere terga cedentis: quamvis tunc (ô pudor!) 2 manu ſervili pugnaret. Nam huc uſque tot mala compulerant: ſed libertate donati, fecerant de ſervitute Romanos. O horribilem in tot adverſis fiduciam! ô ſingularem animum ac ſpiritum populi Romani! tam arctis afflictiſq; rebus, quum de Italia ſua dubitaret, auſus eſt tamen in diverſa reſpicere, quumque hoſtes in jugulo per Campaniam, Apuliamque volitarent, mediamque jam de Italia Africam facerent, eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniam, diviſa per

1 Nola Urbs Campaniæ, hodie ſuum nomen retinens. Nolanos olim infames fuiſſe luxuriâ, ex Auſonio conſtat Ep. 74. *Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit*: Senſus autem illius Epigrammatis, *In triclinio Coa, in cubiculo Nola*, ex *Turneb.* petendus eſt l. 3. c. 19.

2 Tot clades enim P. R. paſſus erat, ut non ſuppeterent cives ad conſcribendum exercitum, coacti igitur fuerunt operâ ſervorum uti, ſed quos donaverant libertate antequam nominá darent.

terrarum orbem arma mittebat. Sicilia mandata Marcello, 3 nec diu reſtitit. Tota enim inſula in una urbe ſuperata eſt. Grande illud, & ante id tempus invictum caput, SYRACUSÆ, quamvis 4 Archimedis ingenio defenderentur, aliquando ceſſerunt. 5 Longè illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ; niſi quod hactenus profuêre, ut pulchritudini victæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit, nihil illi gentium feritas, INSANORUMQUE (nam ſic vocantur) immanitas montium profuêre.

3 Quàm diu reſtiterit ſatis notum ex Livio & Plutarcho, quot labores, quot pericula circa Siracuſas Marcellus exhauſerit, non uno libro pertexuit Livius. Sed nec in una urbe ſuperata eſt Sicilia: Nam ſucceſſori ſuo Lævino conſuli, quid in ea ageret reliquit. Agrigentum enim tenebatur valido Carthaginenſium præſidio, quod expulit ille.

4 Vide Plutar. in ejus vita: ſed Archimedis ingenium nihil contra proditionem valuit quâ captæ Syracuſæ.

5 Longè, id eſt, nihil ipſis profuit: hîc hallucinatur iterum Florus, triplici enim muro Syracuſas fuiſſe cinctas nullibi reperies: Urbs equidem tribus partibus diſtincta & totidem arcibus munita, quod forſitan vult hîc ſignificare Author.

Sævitum in urbes, urbemque urbium Caralim, ut gens contumax, viliſque † mortis, ſaltem deſiderio patrii ſoli domaretur. In Hispaniam miſſi Cnæus & Publius Scipiones, pæne totam Pœnis eripuerant, ſed inſidiis Punicæ fraudis oppreſſi rurſus amiſerunt, magnis quidem illi præliis, quum Punicas opes cecidiſſent: ſed Punicæ inſidiæ alterum ferro caſtra metantem, alterum quum evaſiſſet in turrim, cinctum facibus oppreſſerunt. Igitur in ultionem patris, ac patrui miſſus cum exercitu Scipio, cui tam grande de Africa nomen fata decreverant, bellatricem illam, viris armiſque nobilem 1 Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Annibalis eruditricem (incredibile dictu) totam à Pyrenæis montibus in 2 Herculis columnas, & Oceanum,

† Alii legunt Vilis morti, & planius: Vilis morti eleganter dicitur qui facilis eſt ad mortem excipiendam, & mortem nihili faciens.

1 Sic deſcripſit Hiſpaniam *Appia.* Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorumque ferax: ex quâ etiam bellicoſiſſimi viri, ac velociſſimi procreantur viri.

2 Herculis columnæ: Hodie *deſtroit de Gilbraltar.*

recuperavit, neſcias citius, an 3 facilius. Quàm velociter, quatuor anni fatentur: quàm facilè, vel una civitas probat. Eodem quippe, quo obſeſſa eſt die, capta eſt, omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facilè victa eſt Hiſpana Carthago. Certum eſt tamen ad profligandam provinciam maximè profeciſſe ſingularem ducis ſanctitatem: quippe qui captivos pueros, puellaſque præcipuæ pulchritudinis, barbaris reſtituerit,
4 ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci: ne quid de virginitatis integritate
5 delibâſſe ſaltem oculis videretur. Hæc inter diverſa terrarum populus Romanus: nec ideo tamen Italiæ viſceribus inhærentem ſummovere poterat Annibalem. Pleraque ad hoſtem defecerant: & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus utebatur. Jàm tamen tum pleriſque:

3 Felicius alii legunt.

4 Similis continentiæ Exempla vidé apud Val. Max. lib. 5. 1. & apud Plut. de virtute Alex.

5 Delibare, leviter attingere, ſic Suet. dixit *Delibare pudicitiam*, in Auguſt. 68. & Lucret. *Delibata* dîxit *Numina*: *Delibata Deûm per te tibi Numina ſancta ſæpe aderunt.* Id eſt, diminuta, violata.

oppi-

oppidis, & regionibus excuſſeramus. Tarentus ad nos redierat: jam & Capua, ſedes & domus & 6 patria altera Annibalis, tenebatur: cujus amiſſio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur. O populum dignum orbis imperio! dignum omnium favore, & 7 admiratione hominum, ac deorum! Compulſus ad 8 ultimos metus, ab incepto non deſtitit: & de ſua Urbe ſollicitus, Capuam tamen non omiſit; ſed parte exercitus ſub Appio conſule relictæ, parte Flaccum in urbem ſequuta, abſens ſimul, præſenſque pugnabat. Quid ergo miramur, moventi caſtra à tertio lapide Annibali, iterum ipſos deos, deos inquam (nec fateri pudebit) reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos illius motus vis imbrium effuſa, tanta ventorum violentia coorta eſt, ut divinitus hoſtem ſummoveri, non à cœlo, ſed ab Urbis ipſius mœnibus, & Capitolio videretur. Itaque fugit, & ceſſit, & in ultimum ſe Italiæ recepit

6 Altera patria, ſic Sil. 11. *Altera jam patria, atque æquo ſub honore vocatur.*, *Altera Cartago, Capua.*

7 Adminiſtratione legunt alii.

8 Ad ultimas metas; ad incitas redactus.

ſinum.

ſinum, quum Urbem tantum non 3 adoratam reliquiſſet. Parva res dictu, ſed ad magnanimitatem populi Romani probandam ſatis efficax, quod illis ipſis, quibus obſidebatur diebus, ager, quem Annibal caſtris inſederat, venalis Romæ fuit: 4 haſtæque ſubjectus, invenit emptorem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari: ſubjecitque argentarias Urbis tabernas, nec 5 ſector inventus eſt; ut ſcias, etiam præſagia fatis fuiſſe. Nihil actum erat, tanta virtute, tanto favore etiam deorum. Siquidem Aſdrubal frater Annibalis cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat. Actum erat procul dubio, ſi vir ille ſe cum fratre

3 Adorare urbem eſt non tantùm in conſpectum urbis venire, ſed ita prope accedere, ut colloqui cum civibus poſſit. Sic Apul. dixit adorare populum, eſt verba ad populum facere. Adorati verò imbres, ſunt populo optati & ſalutati.

4 Haſtæ ſubjectus, publicæ licitationi expoſitus: Haſta enim publicis auctionibus figebatur: hinc haſta pro ipſa auctione: Haſtarium verò dictus fuit locus ubi bona proſcriptorum venduntur.

5 Emptor.: Sectores autem ii dicti fuerunt qui ſpe lucri damnatorum bona in auctionibus emebant, & poſtea uendebant. Sic M. Antonius Sector Pompeii appellatur à Cic. Phil. 2.

jun-

junxiſſet, ſed nunc quoque caſtrametantem, Claudius Nero cum Livio [1] Salinatore debellat. Nero in ultimos Italiæ angulos ſummoverat Annibalem; Livius in diverſiſſimam partem, & in ipſas naſcentis Italiæ fauces [2] ſigna converterat. Tanto, id eſt, omni, qua longiſſima Italia, ſolo interjacente, quo conſilio, qua celeritate, Conſules caſtra conjunxerint, inopinantemque hoſtem [3] collatis ſignis compreſſerint, neque id fieri Annibal ſenſerit, difficile dictu eſt. Certè Annibal re cognita, quum projectum fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet, Agnoſco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius viri, non ſine præſagio quodam fati imminentis, prima confeſſio. Jam certum erat Annibalem, etiam ipſius confeſſione, poſſe vinci: ſed tot rerum proſperarum fiducia plenus Populus Romanus, magni æſtimabat aſperrimum ho-

1 Salinator dictus à lege, quam arctiſſimam & populo moleſtam de vendendo ſale tulerat; ob quam deinde damnatus eſt.

2 Vexilla militaria, id eſt, Exercitum ſuum in extremas incipientis Italiæ anguſtias admoverat.

3 Ubi exercitum & copias ſuas iterum coegiſſent juſto prælio hoſtem oppreſſerunt improvisò.

ſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione, in ipſam Africam tota [4] mole converſus, imitari cœpit Annibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africam vindicare. Quas ille (dii boni!) Aſdrubalis copias, quos [5] Syphacis exercitus fudit? quæ, quantaque utriuſque caſtra facibus illatis una nocte delevit? denique jam non à tertio lapide, ſed ipſas Carthaginis portas obſidione quatiebat. Sic factum eſt, ut inhærentem, atque [6] incubantem Italiæ extorqueret Annibalem. Non fuit major ſub Imperio Romano dies, quàm ille, quum duo omnium & antea, & poſtea Ducum maximi, ille

4 Totis viribus, vel quoque totum belli pondus. Sic apud Colum: l. 4. *Atque hoc etiam tota mole corporis totoque pondere nititur.*: Aliàs moles multitudinem ſignificat, ut apud Tullium, Moles gigantum pro multitudine, nam Græcè ſcribitur. στρατὸς.

5 Syphax Numidiæ Rex, qui cùm vivus incidiſſet in manus Scipionis, à quo in triumpho circumductus, inedia, in carcere, vitam finiit. Claud. de bel: Gild. *Compulimus durum Syphacem fratrémque Metelli.*

6 Alii legunt incumbentem, id eſt, pertinaciter inhærentem.

Italiæ,

Italiæ, hic Hiſpaniæ victor, collatis comi-nus ſignis direxêre aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos de legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi. Ubi de pace non convenit, ſigna cecinêre. Conſtat utriuſque confeſſione, nec melius inſtrui aciem, nec acrius poſſe pugnari. Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædicaverunt. Sed tamen Annibal ceſſit, præmiumque Africa fuit, & ſequutus Africam ſtatim terrarum orbis.

CAPUT VII.

Bellum Macedonicum Primum.

POſt Carthaginem vinci neminem puduit. Sequutæ ſunt ſtatim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, cæteraque omnia quodam quaſi 1 æſtu, & torrente fortunæ: ſed primi omnium Mace-

1 Æſtu, id eſt, motu ac impetu: Secundo æſtu procedere. Torrens verò ſignificat metaphoricè, vim cui fruſtra reſiſtitur: Hinc adagium, contra torrentem niti, id eſt, in caſſum ſeſe opponere. Torrentibus enim nihil reſiſtere poteſt. *Aut rapidus montano flumine torrens, Sternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores.* Æn. 2.

dones,

dones, affectator Imperii populus. Itaque quamvis tunc Philippus regno præſideret, Romani tamen dimicare ſibi cum Rege Alexandro videbantur. 2 Macedonicum bellum nomine amplius, quàm expectatione gentis fuit. Cauſa cœpit à fœdere Philippi, quo rex jam pridem dominantem in Italia Annibalem ſibi ſociaverat: poſtea crevit, implorantibus Athenis auxilium contra Regis injurias, quum ille ultra jus victoriæ, in templa, aras, & ſepulcra ipſa
3 ſæviret. Placuit Senatui opem tantis ferre
4 ſupplicibus. Quippe jam gentium Reges, Duces, Populi, Nationes, præſidia ſibi ab hac Urbe petebant. Primo igitur Lævino

2 Maius fuit fama & opinione, propter nomen Macedonicæ virtutis quàm re ipſa, multum enim defecerat gens Macedonum ab avorum fortitudine.

3 Omnia illa quæ ſacra ſemper habita fuerunt diruebat.

4 Humiliter ac quaſi ad genua procumbentes opem & auxilium petentes. Hinc lacrymæ ſupplices: vota ſupplicia, Hinc apud Virg. Æn. 8. *Junoni fer ritè preces: irámque mináſque ſupplicibus ſupera votis.*

conſule Populus Romanus 1 Jonium mare ingreſſus, tota Græciæ littora veluti triumphanti claſſe peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniæ, Africæ præferebat; & manifeſtam victoriam nata in prætoria puppe 2 laurus pollicebatur. Aderat ſponte in auxilium 3 Attalus Rex Pergamenorum. Aderant Rhodii nauticus populus; quibus à mari Conſul, à terris omnia equis, viriſque, quatiebat. Bis victus Rex, bis fugatus, bis exutus caſtris; quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu; quæ non 4 ſpiculis, non

1 Jonium mare, pars ea Mediterranei maris, quæ ſupra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur. Jonici motus, ſaltationes laſcivæ ac molles. Jones enim præ cæteris Aſiaticis molles habiti ſunt.

2 Ex Lauro, in prætoria navi nata, victoria ſperabatur, prætoria navis, *l'Admirale* gall. Laurus autem victoriæ inſigne ac omen fuit.

3 Quoniam ditiſſimus fuit, uſu venit ut omnia ſplendida ac magnifica Attalica dicerentur: Opes Attalicæ, immenſæ ac magnæ. Propert. *Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.*

4 Spiculum, miſſile telum, cujus ferrum triangulum eſt. Spiculatores autem dicti ſunt, principum ſatellites à ſpiculis quæ geſtabant δορυφόροι.

ſagittis,

ſagittis, nec ullo Græculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultrà 5 mortem patebant. Enimvero Flaminio duce invios antea Chaonum montes, Adumque amnem per abrupta vadentem, & ipſa Macedoniæ clauſtra penetravimus. Introiſſe, victoria fuit. Nam nunquam poſtea auſus congredi Rex; ad tumulos, quos Cynocephalas vocant, uno ac ne hoc quidem juſto prælio opprimitur. Et illi quidem Conſul pacem dedit, regnumque conceſſit: mox, ne quid eſſet hoſtile, Thebas, & 6 Eubœam, & graſſantem ſub 7 Nabide ſuo Lacedæmoniam compeſcuit. Græciæ verò veterem ſtatum reddidit, ut legibus viveret ſuis, & avita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt, quum hoc fortè 8 Nemeæ in theatro quinquennalibus ludis à præcone caneretur? quo certavêre plauſu? quid florum in Conſulem pro-

5 Ultra mortem, altius, latiuſque adacta, quàm requireretur ad mortem inferendam.

6 Nomen Inſulæ in Ægeo mari ſitæ.

7 Nomen Tyranni Spartanorum.

8 Sylva in Achaja ubi in honorem Herculis, qui in ea Leonem occiderat, ſacra quædam certamina celebrari conſueverant.

fuderunt?

fuderunt ? Et iterum, iterumque præconem repetere, illam vocem jubebant, qua libertas Achajæ pronunciabatur: nec aliter illa conſulari ſententia, quàm modulatiſſimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu, fruebantur.

CAPUT VIII.

Bellum Syriacum Regis Antiochi.

MAcedoniam ſtatim, & Regem Philippum Antiochus 1 excepit, quodam caſu, quaſi induſtria, ſic adgubernante fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Europa in Aſiam, ultro ſe 2 ſuggerentibus cauſis, imperium procederet; & cum terrarum orbis ſitu, ipſe ordo victoriarum nauigaret. 3 Non aliud formidolo-

1 Sequutus eſt; hujus autem belli deſcriptionem pete ex Liv. l. 34. Plut. in Scip.

2 Offerentibus; aliàs ſuggerere ſignificat, ſuppeditare, ſic apud Terent. *Cur tu his rebus ſumptum ſuggeris*, vel etiam in memoriam redigere; Si memoria defecerit, tuum erit ut ſuggeras. Cic. 5. de fin.

3 Nullum opinione fuit terribilius. Sic apud Sall. formidoloſa virtus, id eſt, quæ formidatur.

ſius

ſius fama bellum fuit; quippe quum Perſas, & Orientem, Xerxem, atque Darium cogitarent; quando perfoſſi invii montes, quando velis opertum mare nunciaretur, ad hoc cœleſtes minæ territabant, quum humore continuo 4 Cumanus Apollo ſudaret. Sed hic faventis Aſiæ ſuæ numinis timor erat. Nec ſanè viris, opibus, armis quicquam copioſius Syria: ſed in manus tam ignavi Regis inciderat; ut nihil fuerit in 5 Antiocho ſpecioſius, quàm quod à Romanis victus eſt. Impulêre Regem in id bellum, illinc Thoas Ætoliæ princeps, inhonoratam apud Romanos querens adverſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatem: hinc Annibal, qui in Africa victus; profugus, & pacis impatiens, hoſtem Populo Romano toto orbe quærebat. Et quod illud fuiſſet periculum, 6 ſi ſe conſiliis ejus Rex tra-

4 Apollinis ſimulacrum Cumis deductum: Cumæ autem civitas Lucaniæ ad mare juxta Puteolos condita.

5 Nomen & fama Victoris, victo regi celebritatem conciliavit: Sic Æneas ait Lauſo: *Hoc tamen, infœlix, miſeram ſolabere mortem, Æneæ magni dextra cadis.*

6 Si Antiochus Hannibalis conſiliis auſcultaſſet, & ipſum exercitui ſuo præfeciſſet.

didiſſet,

didiſſet, id eſt, ſi Aſiæ viribus uſus fuiſſet miſer Annibal! Sed Rex ſuis opibus, & nomine regio fretus, ſatis habuit bellum movere. Europa jam dubio procul jure ad Romanos pertinebat, hic 2 LYSIMACHIAM urbem in littore Thracio poſitam à majoribus ſuis, Antiochus ut hæreditario jure repoſcebat, hoc velut ſidere, Aſiatici belli mota tempeſtas. Et maximus Regum contentus fortiter indixiſſe bellum, quum ingenti ſtrepitu, ac tumultu moviſſet ex Aſia, occupatis ſtatim inſulis, Græciæque littoribus, otia & luxus tanquam victor agitabat. EUBOEAM inſulam continenti adhærentem tenui freto, 3 reciprocantibus aquis Euripus abſcidit. Hìc ille poſitis au-

2 Lyſimachia à Lyſimacho, Macedoniæ Rege, condita eſt in Iſthmo: eam cùm poſt Lyſimachi mortem Thraces deleviſſent, Antiochus denuò inſtauravit.

3 Euripus eſt pars maris inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubœam inſulam: de qua ſic Sen. in Herc. Oet.

Euripus undas flectit inſtabilis vagas,
Septem curſus flectit & totidem refert.

Ab iſta reciprocandi celeritate ducta eſt Metaphora; quâ Euripi vocantur, inconſtantes & moribus inæqualibus homines.

reis,

reis, ſericiſque tentoriis, ſub ipſo freti murmure, quum inter fluenta tibiis fidibuſque concineret, collatis undique, quamvis per hiemem, roſis, ne non aliquo ducem genere agere videretur, virginum, puerorumque delectus habebat. Talem ergo Regem jam ſua luxuria debellatum, Pop. Rom. Acilio Glabrione Conſule, in inſula aggreſſus, ipſo ſtatim adventus ſui nuncio coëgit ab inſula fugere. 4 Tam præcipitem apud Thermopylas aſſequutus, locum trecentorum Laconum ſpecioſa cæde memorandum, ne ibi quidem fiducia loci reſiſtentem, mari ac terra cedere coëgit. Statim & eveſtigio itur in Syriam. Claſſis regia Polyxenidæ, Annibalique commiſſa; nam Rex prælium nec ſpectare poterat. Igitur duce Æmilio Regillo à 5 remigantibus Rhodiis tota laceratur. Ne ſibi placeant Athenæ; in Antiocho, vicimus Xerxem; in Æmilio, Themiſtoclem æquavimus; Epheſiis, Salamina penſavimus. Tum conſule Scipione, cui frater ille modò victor Carthaginis Africa-

4 Meliùs legunt alii tum præcipitem.
5 Adremigantibus.

nus, 2 voluntaria legatione aderat, debellari Regem placet: & jam toto ceſſerat mari: ſed nos imus ulterius. 3 Mæandrum ad amnem, montemque Sipylum, caſtra ponuntur. Hic Rex, incredibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis conſederat. Trecenta millia peditum: equitum, falcatorumque curruum non minor numerus. Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & ſuo ebore fulgentibus, aciem utrinque vallaverat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua; ad hoc imbre, qui ſubitò ſuperfuſus, mira felicitate Perſicos arcus corruperat: primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo, & ſupplici pacem atque partem regni dari placuit; eo libentius, quòd tam facilè ceſſiſſet.

2 Is ex amore fratris ultro ſub ipſo militavit, officio Locumtenentis fungens.

3 Mæander Phrygiæ fluvius, crebris flexibus ita ſinuoſus, ut ſæpe ad fontem credatur reverti. Hinc Ovid. in Ep. Deian.

Mæander toties qui terris errat iiſdem;
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas.

Hinc, obliquitates omnes, Mæandros vocârunt Veteres.

CAPUT IX.

Bellum Ætolicum.

SYriaco bello ſucceſſit, ut debebat 4 Ætolicum. Victo quippe Antiocho, Romanus 5 faces Aſiatici belli perſequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio eſt. Hic protinus caput gentis 6 Ambraciam, regiam Pyrrhi, machinis quatit. Sequuta deditio eſt. Aderant Ætolorum precibus, Attici, Rhodii: 7 & memineramus auxilii, ſic placuit ignoſcere. Serpſit tamen latius in proximos bellum, omnemq;

4 Ætolia, Græciæ regio, ab Ætolo Martis filio: *Horat. Epiſt. 2. 18.* plagas Ætolicas vocat retia optima, qualia Ætoli habuerunt in venatione Apri Calydoniæ Urbs Ætoliæ: Quoniam autem Ætoli petaces erant ac improbi, uſu venit ut Ætoli dicerentur, qui juxta eorum mores omnia petunt: παρὰ τὸ ὅλον αἰτεῖν.

5 Incitatores ac authores belli: hinc apud Tacitum addere faces alicui, id eſt, inflammare, incitare: apud Gell. verò prima fax noctis, ſignificat principium noctis.

6 Ambracia vulgò Arta, ab Ambrace Rege.

7 Præſtiti contra Philippum: Romanis enim opem tulerant.

latè

latè Cephaleniam, Zacynthon, & quidquid inſularum in eo mari inter Ceraunios montes jugumque Maleum, Ætolici belli 2 acceſſio fuerunt.

CAPUT X.

Bellum Hiſtricum.

HIſtri ſequuntur Ætolos: quippe bellantes eos nuper adjuverant, initia pugnæ proſpera hoſti fuerunt, eademque exitii cauſa. Nam quum Cnæi Manlii caſtra cepiſſent, opimæque prædæ 3 incubarent, epulantes, ac ludibundos pleroſque, ac ubi eſſent, præ poculis neſcientes, Appius Pulcer invadit. Sic cum ſanguine & ſpiritu malè partam 4 victoriam. Ipſe Rex

2 Acceſſio, appendix, adjectio, propriè tamen acceſſionis nomine intelliguntur ea omnia quæ ad legitimum & certum alicujus rei numerum adduntur. Hinc proverbium, *Ne major tibi thylaco acceſſio*: quo uti licebit quum digreſſio longior eſt reipſa. Thylacus autem eſt culeus ſive mantica parata geſtandis oneribus.

3 Incubarent, nimium ad prædam attenti; pertinaciter inhærerent.

4 Revomuêre.

Apulo equo impoſitus, quum ſubinde crapula, & capitis errore 5 lapſaret, captum ſeſe vix & ægrè poſtquam experrectus eſt, didicit.

CAPUT XI.

Bellum Gallogræcum.

6 Gallogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit, fuerant inter auxilia Regis Antiochi. 7 An fuiſſent, an cupidus triumphi Manlius eos viſos ſimulaverit, dubium eſt. Certè negatus eſt victori

5 Alii jactaret quod longè melius: proprium enim eſt eorum qui crapula laborant, caput jactare & motare, cui convenienter Grammatici Veteres κραιπάλην dictam aiunt ἀπὸ τοῦ κάρα πάλλειν τοὺς Μεθύοντας.

6 Gallogræcia, Aſiæ minoris regio, Cappadociæ, Bythiniæ & Pamphyliæ finitima, cujus incolæ Gallogræci vel Galatæ dicuntur, ad quos Pauli Epiſtola extat. Galli enim multitudine preſſi, relicto natali ſolo, Græciam, Macedoniam, & ipſam Aſiam invaſerunt.

7 Revocat in dubium Florus an reverà fuerint in auxiliis Antiochi, vel an Manlius ſpe ampliandi triumphi, eos vidiſſe ſimulaverit.

triumphus:

triumphus: quia cauſam belli 1 non approbavit. Cæterùm gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt, mixta, & adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam, mox Orientem ſequuti, in media Aſiæ parte ſederunt. Itaque ut frugum ſemina mutato ſolo degenerant, ſic illa genuina feritas eorum, Aſiatica amœnitate mollita eſt. Duobus itaque præliis fuſi, fugatique ſunt: quamvis ſub adventu hoſtis relictis ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent, quos Toloſtobogi, Tectoſagique jam inſederant. Utrique fundis, ſagittiſque acti, in perpetuam ſe pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuêre, quum catenas morſibus & ore tentaſſent, quum 3 offocandas invicem fauces

1 Sub. Senatus.

2 Adulteratum dicitur quidquid ex alienæ rei mixtura corruptum eſt, cui opponitur ſincerum: ſignificat quamplurimum, arte aliqua quippiam pro vero aſſimilare; Sic Juriſconſulti dicunt adulterare monetam: Et Ovid. Faſt. 1. *Ille ſuam faciem transformis adulterat arte.*

3 Offuco vel offoco eſt propriè aquam ad bibendum in fauces dare: & hinc putant apud Plautum in Ciſtell. infucare vinum, id eſt, vinum aquâ diluere.

præbuiſſent. Nam Orgiagontis Regis uxor à Centurione ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit.

CAPUT XII.

Bellum Macedonicum ſecundum.

DUm aliæ aliæque gentes, Syriaci belli ſequuntur ruinam, MACEDONIA ſe rurſus erexit. Fortiſſimum populum memoria, & recordatio ſuæ nobilitatis 4 agitabat: & ſucceſſerat Philippo filius PERSES: qui ſemel in perpetuum victam eſſe Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. Multo vehementius ſub hoc Macedones, quàm ſub patre conſurgunt: quippe Thracas in vires ſuas traxerant: atque ita induſtriam Macedonum, viribus Thracum;

4 Stimulabat, inſtigabat: Sic apud Ovid. *Agitante cupidine currus:* Sic apud Sall. Jug. *Memoria Nobiliſſimorum majorum ingens flamma egregiis viris in pectore creſcit, neque prius ſedatur, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.*

1 ferociam Thracum, diſciplina Macedonum temperaverunt. Acceſſit his conſilium ducis, qui ſitum Regionum ſuarum 2 ſummo ſpeculatus Hæmo, poſitis per 3 abrupta caſtris, ita Macedoniam ſuam armis ferroq; vallaverat, 4 ut non reliquiſſe aditum niſi à cœlo venturis hoſtibus videretur. Nam Marcio Philippo Conſule eam provinciam ingreſſus Populus Romanus, exploratis diligenter acceſſibus, per Aſtrudem paludem, per acerbos, dubioſque tumulos, illa, quæ

1 Thraces enim crudelitatis infamiâ laborabant, hinc quod vulgò dicebatur, *Thrax ad cædem compoſitus.* Tyranni enim Thracibus ad cædem uti ſolebant, quoniam Gens illa cæteris omnibus truculentior fuit. Hinc Hor. Epod. 5. *quale poſſet impia mollire Thracum pectora*, & gladiatores Thraces ſimpliciter dicebantur, & apud eundem Ep. 1. 18. *Ad imum Thrax erit*, id eſt, Gladiator.

2 E' Vertice Montis illius altiſſimi Hæmi.

3 Abrupta loca, id eſt, difficilia & divulſa ac invia, abrupti verò ignes, ſunt ignes è nubibus irrumpentes, & tanquam abciſi.

4 Sic dixit infrà noſter Florus l. 4. Noricis alpes animos dabant: ſimileque refertur apud Curtium in illa deſcriptione rupis illius, quam occupaverat Arimazes, is autem ſuperbè reſpondit Legato Alexandri, an Alexander volare poſſet.

volucribus quoque videbatur 5 invia, acceſſit: Regemque ſecurum, & nihil tale metuentem, ſubita belli irruptione terruit. Cujus tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare juſſerit mergi, ne periret: claſſem cremari, ne incenderetur. Paulo conſule quum majora & crebra eſſent impoſita præſidia, per alias vias Macedonia deprenſa eſt, ſumma quidem arte, & induſtria ducis; quum alia minatus, alia irrepſiſſet. Cujus adventus ipſe adeò terribilis regi fuit, ut intereſſe non auderet, ſed gerenda ducibus bella mandaverit. Abſens ergo victus, fugit in maria 6 inſulamque Samothracen, fretus celebri religione, quaſi templa, & aræ poſſent defendere, quem nec montes ſui, nec arma potuiſſent. Nemo Regum diutius amiſſæ fortunæ 7 conſcientiam retinuit. Supplex quum ſcriberet ad Imperatorem ab illo, quò confugerat, templo, nomenque epiſtolæ notaret ſuum, Re-

5 Hoc exemplo probatur dictum Alexandri ad ſuos milites. *Nihil tam altè natura conſtituit, quò virtus non poſſit eniti.* Curt. l. 7. c. 11.

6 Inſula eſt in mari Ægeo, Thraciæ adjacens, olim dicta Dardania.

7 Recordationem, memoriam. Sic Cicer. Nulla re tam lætari ſoleo, quàm officiorum meorum conſcientiâ.

gem addidit. Sed nec reverentior captæ majeſtatis alius Paullo fuit. Quum in conſpectum veniſſet hoſtis, 2 in templum recepit, & conviviis adhibuit, liberoſque admonuit ſuos, ut FORTUNAM, cui tantum liceret, revererentur. Inter pulcherrimos hunc quoque Populus Romanus de Macedonia duxit, atque vidit triumphum: quippe cujus ſpectaculo triduum impleverit. Primus dies ſigna, tabulaſque: ſequens arma, pecuniaſque tranſvexit: tertius captivos, ipſumq; Regem attonitum adhuc, tanquam ſubito malo ſtupentem. Sed multo prius gaudium victoriæ Populus Romanus, quàm epiſtolis victoris perceperat: quippe eodem die, quo victus Perſes in Macedonia, Romæ cognitum eſt. Duo juvenes candidis equis apud Juturnæ 3 lacum, pulverem, & cruorem

2 Alii nec incommodè legunt in tentum, ſive tentorium, recentiores genus mutârunt, & pro eô tenta: dixerunt σκήνη, πήξασθαι σκηνὴν tendere tentum.

3 Juturnæ ſub, Nymphæ Dauni filiæ, de qua vide *Virg. Æn.* 12. Duplex autem fuit Lacus Juturnę: Unus intra Numicium Fluvium: Alter verò in foro: Uter autem hîc intelligatur differunt Authores: Sed ego facilè crederem Florum ad ultimum reſpexiſſe videl. eum qui in Romano foro fuit ſitus.

abluebant hi nunciavêre. Caſtorem & Pollucem fuiſſe creditum vulgo, quòd gemini fuiſſent: interfuiſſe bello, quòd ſanguine maderent: à Macedonia venire, quòd adhuc anhelarent.

CAPUT XIII.

Bellum Illyricum.

MAcedonici belli contagio traxit [4] ILLYRIOS. Ipſi quidem ut Romanum à tergo diſtringerent, à Perſe Rege conducti pecunia militavêre. Sine mora ab Anicio prætore ſubiguntur. [5] Scordam caput gentis deleſſe ſuffecit; ſtatim ſequuta deditio eſt. Denique hoc bellum ante finitum eſt quàm geri Romæ nunciaretur.

4 Illyris Græc. Ἰλλυρὶς vel generaliter accipitur, & ſic ipſam Macedoniam aliaſque complectitur provincias; vel ſpecialiter, & ſic diſtinguitur à Macedonia ut hîc loci: Ita quoque Paulus Apoſtolus Rom. 15. ſpeciali illa ſignificatione eam uſurpat.

5 Melius Scodram, legeretur.

CAPUT

CAPUT XIV.

Bellum Macedonicum tertium.

QUodam fato, quaſi ita conveniſſet inter Pœnos & Macedonas, ut tertio
quoque vincerentur, eodem tempore utrique arma moverunt: ſed prior jugum excutit Macedo, aliquanto, quàm ante, gravior,
2 dum contemnitur. Cauſa belli prope erubeſcenda: quippe regnum pariter & bellum vir ultimæ ſortis Andriſcus invaſerat, dubium liber an ſervus, mercenarius certè: ſed quia vulgò ex ſimilitudine Philippi,
3 Pſeudophilippus vocabatur, regiam formam, regium nomen, animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipſa contemnit Populus Romanus, Iuventio Prætore contentus, virum non Macedonicis modò, ſed

2 Hoſtis enim qualiſcunque ſit nunquam eſt contemnendus; ſæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regesque perlevi momento victi ſunt: Malè id ceſſit Xerxi, Antigono, & in univerſum omnibus, qui nimiùm audaces hoſti debitam detraxerunt laudem.

3 Falſus Philippus, is enim ob oris ſimilitudinem ſe filium Philippi Regis vocavit.

Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, temerè tentavit: invictuſque non à veris Regibus, ſed ab illo imaginario, & 4 ſcenico Rege ſuperatur, ſed conſule Metello, amiſſum cum legione Prætorem, pleniſſimè ultus eſt. Nam & 5 Macedoniam ſervitute multavit: & Ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciæ Regulo, in Urbem in catenis reduxit, hoc quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo Populus Romanus quaſi de vero Rege triumpharet.

CAPUT XV.

Bellum Punicum Tertium.

TErtium cum Africa bellum & tempore exiguum (nam quadriennio patratum eſt) & in comparatione priorum, mi-

4 Scenicum Regem vocat Florus qui non juſto titulo ac nomine Regem agit, ſed qualis ſolet induci in ludis ſcenicis & theatris: Scenicum tamen Neronem vocat Sueton. alio ſenſu, quòd videlicet gauderet ſcenis, & ipſe fabulas cantaret.

5 Macedonia enim poſt victum Perſeum, libera relicta fuerat, ſuiſque legibus utens. Vide Liv. 45. 29. &c.

nimum labore: (non enim tam cum viris, quàm cum ipſa urbe pugnatum eſt) ſed planè maximum eventu, quippe eo tandem Carthago finita eſt. Atque ſi quis trium temporum momenta conſideret, primo 1 commiſſum bellum, 2 profligatum ſecundo, tertio verò 3 confectum eſt. Sed hujus cauſa belli, quòd contra fœderis legem adverſus Numidas quidem ſemel paraſſet claſſem, & exercitum, frequens autem Maſiniſſæ fines territaret. Sed huic bono, ſocioque regi favebatur. 4 Quum

1 Commiſſum, inceptum, ſic commiſſa proſcriptio & finita opponuntur apud Paterc. 2. 64. *Tribuni ſanguine commiſſa proſcriptio; Ciceronis vel ſatiato Antonio, pœna finita:* Aliter tamen committere eſt ad certamen & commiſſionem adducere; unde commiſſiones gladiatorum dicebantur, cùm paria comparabantur. *Quare nunc animos ſaltem committite veſtros.* Turneb.

2 Profligatum, propè abſolutum; quod Latini aliter dixerunt affectum: profligatus aliàs ſignificat, afflictum, perditum. Sic apud Suet. in Tib. Ex Juventute utriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque.

3 Finitum ac abſolutum.

4 Eleganter bellum ſedere dicitur, cùm planè finitum & depoſitum non eſt: ſed intermiſſum & pro tempore ceſſatum.

bellum

bellum ſederet, de belli fine tractatum eſt. Cato inexpiabili odio delendam eſſe Carthaginem, & quum de alio conſuleretur, pronunciabat: Scipio Naſica ſervandam, ne metu ablato æmulæ urbis, 5 luxuriari felicitas Urbis inciperet. Medium ſenatus elegit, ut urbs tantùm 6 loco moveretur. Nihil enim ſpecioſius videbatur quàm eſſe Carthaginem, quæ non timeretur. Igitur Manilio, Cenſorinoque Conſulibus, Populus Romanus aggreſſus Carthaginem, ſpe pacis injecta, traditam à volentibus claſſem, ſub ipſo 7 ore urbis, incendit. Tum evocatis principibus, ſi ſalvi eſſe vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Quod pro rei atrocitate adeò movit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publicè ſtatim, & pari voce clamatum eſt, ad arma; ſeditque ſententia, quoquo modo rebel-

5 Laſcivire, Nam ſecundùm Ovid. *Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis:* propriè luxuriari de plantis dicitur, cum nimiâ alimenti ubertate quodammodo laſciviunt.

6 In alium locum & ſitum transferretur, quòd ad opes parandas minùs opportunus foret.

7 In conſpectu: Sic dixit Sall. in Jugurt. *Incedunt per ora veſtra magnificè.*

landum:

landum : non quia ſpes ulla jam ſupereſſet, ſed quia patriam ſuam mallent hoſtium, quàm ſuis manibus everti. Qui rebellantium fuerit furor, vel hinc intelligi poteſt, quòd in uſum novæ claſſis tecta, domuſque reſciderunt : in armorum officinis aurum & argentum pro ære ferroque conflatum eſt : in tormentorum vincula matronæ crines ſuos contulerunt.

Mancino deinde Conſule, terra, mariq; [1] fervebat obſidio. [2] Operis portus nudatus, & primus, & ſequens, jam & tertius murus, quum tamen [3] Byrſa, quod nomen arci fuit, quaſi altera civitas reſiſtebat. Quamvis profligato urbis excidio, tamen [4] fatale Africæ nomen Scipionum videbatur. Igitur in alium SCIPIONEM con-

1 Fervebat, procedebat, urgebat ; hinc adverbium ferventer pro vehementer apud Cicer.

2 Operibus, id eſt, vallis ac propugnaculis exutus.

3 Byrſa vox græca Βύρσα, id eſt, corium, nomen arcis in media Cartaginenſium urbe ſita : de qua Virg. *Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam, Taurino quantum poſſet circundare tergo.* Vide Juſtin. 18. 5.

4 Exitiale, ac ruinæ Africæ deſtinatum.

verſa

verſa Reſpublica, finem belli repoſcebat. Hunc Paullo Macedonico procreatum, Africani illius 5 magni filius, in decus gentis aſſumpſerat, hoc ſcilicet fato, ut quam urbem concuſſerat avus, nepos ejus everteret. Sed quàm maximè mortiferi eſſe morſus ſolent morientium beſtiarum; ſic plus negotii fuit cum ſemiruta Carthagine, quàm integra. Compulſis in unam arcem hoſtibus, portum quoque maris Romanus obſederat. Illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent, ſed quia nemo illos hac evadere poſſe credebat. Inde quaſi enata ſubitò claſſis erupit: quum interim jam diebus, jam noctibus, nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum 6 manus, quaſi ex obruto incendio ſubita de cineribus flamma, prodibat. 7 Deploratis noviſſimè rebus, qua-

5 Hic Scipio filius fuit Pauli Æmilii qui de Perſeo Macedonum Rege triumphavit.

6 Manus hic pro multitudine aliqua vel exercitu: *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.* Virg. Æn. 6. Sic manus Equitum, manus Clientum apud Sueton. pro multitudine.

7 Deploratis, id eſt, deſperatis: ſic deploratus, morbus, & ægri deplorati, quibus nullo remedio ſuccurri poteſt: *Pro deplorato non valitura viro.* Ovid.

draginta

draginta ſe millia virorum dediderunt, quod minus credas, duce Aſdrubale. Quanto fortius femina, & uxor ducis? quæ comprehenſis duobus liberis, à culmine ſe domus in medium miſit incendium, imitata 2 Reginam, quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta ſit, ut de cæteris taceam, vel ignium mora probari poteſt, quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui: quod domibus, ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant: ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

CAPUT XVI.

Bellum Achaïcum.

QUaſi ſæculum illud 3 everſionis urbium curreret, ita Carthaginis rui-

2 Didonem intelligit Sichæi viduam: Hæc cùm à Jarba Getulorum Rege, in matrimonium ſollicitaretur, indicto etiam bello ni pareret; ut fidem marito datam violare non cogeretur, conſcenſo rogo, gladio vitam finivit.

3 Legendum eſt everſionibus.

nam

nam ſtatim CORINTHUS excepit, 4 Achajæ caput, Græciæ decus, inter duo maria Jonium, & Ægæum quaſi ſpectaculo expoſita. Hæc (facinus indignum!) ante oppreſſa eſt, quàm in numerum certorum hoſtium referretur. Critolaus cauſa belli: qui libertate à Romanis data adverſus ipſos uſus eſt: Legatoſque Romanos dubium an & manu, certè oratione violavit. Igitur Metello ordinanti, tum maximè 5 Macedoniæ mandata eſt ultio: & hinc Achaïcum bellum, ac primam Critolai manum Metellus Conſul per patentes Elidis campos toto cecidit 6 Alphæo. Et uno prælio peractum erat bellum: jam & urbem ipſam terrebat obſidio: ſed (fato rerum!) quum Metellus dimicaſſet, ad victoriam Mummius venit.

4 Achaja Peloponnenſi Septentrionalis regio, cujus incolæ Achæi vel Achivi dicti ſunt: *Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.* Hujus Metropolis Corinthus fuit, duobus portubus celebris. Hinc Bimaris dicta: Notum autem eſt adagium, *Non eſt cujuſlibet adire Corinthum*, de re difficili. Ros Achaïcus verò eſt Eloquentia Rhetorum.

5 Sic legendum eſt Metello ordinanti tum maximè Macedoniam.

6 Fluvius eſt in Elide Peloponnenſi regione, vulgò Rofea.

Hic

Hic alterius 1 ducis dignitate exercitum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit, geminoſque portus ſanguine infecit. Tandem ab incolis deſerta civitas, direpta primùm, deinde tuba 2 præcinente, deleta eſt. Quid ſignorum, quid veſtium, quidve tabularum raptum, incenſum atque projectum eſt? Quantas opes & abſtulerit & cremaverit, hinc ſcias, quòd quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam & æris notam precioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit injuria: quia incendio permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulachris, æris, auri, argentique 3 venæ in commune fluxêre.

1 Alii ſic legunt: Hic alterius ducis, Diæi latè exercitum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit: Diæus autem nomen fuit Imperatoris Achaïci.

2 Præcinere dicuntur tubæ ad quarum ſonum vel modum aliquid fit.

3 In unum, ex mixtura horum metallorum conſtat æs Corinthiacum.

CAPUT

CAPUT XVII.

Res in Hiſpania geſtæ.

UT Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia ſequuta eſt. Nec deinde toto orbe quicquam intactum armis fuit. Poſt illa duo clariſſima urbium incendia, latè atque paſſim, nec per vices, ſed ſimul pariter quaſi unum undique bellum fuit: prorſus ut illæ urbes, quaſi agitantibus ventis, diffudiſſe quædam belli incendia toto orbe viderentur. HISPANIÆ nunquam animus fuit adverſus nos univerſæ conſurgere: nunquam 4 conferre vires ſuas libuit, neque aut imperium 5 experiri, aut libertatem tueri ſuam publicè. Alioquin ita undique mari Pyrenæoque vallata eſt, ut ingenio ſitus nec adiri quidem potuerit. Sed ante à Romanis obſeſſa eſt, quàm ſe

4 Conferre hîc loci ſignificat unire, conjungere, in unum ferre. Sic dixit Cic. Off. 3. *Omnes curas cogitationéſque meas conferebam.*

5 Experiri Imperium, id eſt, tentare an rerum potiri poſſet? Alias apud Juriſconſultos experiri, vel experiri jure, ſignificat actionem intendere, lege agere.

ipſa

ipſa cognoſceret. Sola omnium provinciarum vires ſuas, poſtquam victa eſt, intellexit. In hac prope ducentos per annos dimicatum eſt, à primis Scipionibus 1 in Cæſarem Auguſtum, non continuè nec cohærenter, 2 ſed prout cauſæ laceſſierant: nec cum Hiſpanis initio, ſed cum Pœnis Hiſpania. Inde contagio & ſeries cauſaque bellorum. Prima per Pyrenæum jugum ſigna Romana Publius & Cnæus Scipiones intulerunt: præliiſque ingentibus Annonem & Aſdrubalem fratrem Annibalis ceciderunt: 3 raptaque erat impetu Hiſpania, niſi fortiſſimi viri in ipſa ſua victoria oppreſſi Punica fraude, cecidiſſent, terra mariq́ue victores. Igitur quaſi novam integramq́ue provinciam ultor patris & patrui Scipio ille; mox Africanus, invaſit: iſque ſtatim capta Carthagine, & aliis urbibus non contentus

1 Uſque ad Cæſarem Auguſtum.

2 Non aſſiduè neque una ſerie, ſed iteratis vicibus, pro occaſione: Laceſſere enim ſignificat provocare, irritare. Sic dixit Virg. Ecl. 3. *Efficiam poſthac ne quenquam voce laceſſas.*

3 Occupata & expugnata, quaſi ex improviſo.

Pœnos

Pœnos expuliſſe, 4 ſtipendiariam nobis provinciam fecit: omnem citra, ultraque 5 Iberum ſubjecit imperio: primuſque Romanorum ducum, victor ad Gades & Oceani ora pervenit. PLVS EST PROVINCIAM RETINERE, QVAM FACERE. Itaque per partes jam huc, jam illuc miſſi duces, qui ferociſſimas, & ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi, multo labore, nec incruentis certaminibus ſervire docuerunt. Cato ille Cenſorius 6 CELTIBEROS, id eſt, robur Hiſpaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus pater ille Gracchorum, eoſdem centum & quinquaginta urbium everſione multavit. Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruit, quum & Contrebiam memorabili cepiſſet exem-

4 Tributariam, & ſolvendo ſtipendio obnoxiam: mos enim fuit Romanis ut devictis nationibus, certum imperarent ſtipendium: unde Velleius de Gallis, *Quippe hujus ductu auſpiciiſque infracta, pæne idem, quod totus terrarum orbis ignavum conferunt ſtipendium.*

5 Iberus hodie *Ebro* unde Hiſpania olim dicta fuit Iberia.

6 A Celtis Galliæ populis originem duxiſſe creduntur: Vulgò *Arragon.*

plo,

plo, & Nertobriges, majori gloria percepit. Lucullus Turdulos, atque Vaccæos. De quibus 1 Scipio ille poſterior, ſingulari certamine quum à Rege fuiſſet provocatus, opima retulerat. Decimus Brutus aliquanto latius, Celticos, Luſitanoſque, & omnes Gallæciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis: peragratoque victor Oceani littore, non prius ſigna convertit, quàm cadentem in maria ſolem, obrutumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu, & horrore deprehendit. Sed tota certaminum moles cum Luſitanis fuit, & Numantinis, nec immerito, quippe ſolis gentium Hiſpaniæ, duces contigerunt. Fuiſſet & cum omnibus Celtiberis, niſi dux illius motus, initio belli, oppreſſus eſſet ſummus vir aſtu & audacia, ſi 2 receſſiſſet, Salondicus, qui haſtam argenteam quatiens velut cœlo miſſam, vaticinanti ſimilis, omnium in ſe mentes con-

1 Scipio Æmilianus, alii legunt ipſum provocâſſe Regem, unde opima illa retulit ſpolia, de quibus ſuprà in notis lib. 1.

2 Alii legunt ſi re ceſſiſſet, ſed præſtat cum Vineto legere ſi res ceſſiſſet, ſi felici marte ac eventu pugnâſſet.

verterat.

verterat. Sed quum 3 pari temeritate ſub nocte caſtra conſulis adiiſſet, juxta tentorium ipſum 4 pilo vigilis exceptus eſt. Cæterùm Luſitanos VIRIATUS erexit, vir calliditatis acerrimæ: qui ex venatore latro, ex latrone ſubitò dux atque imperator, & ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus, non contentus libertatem ſuorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraque Iberum & Tagum, igni, ferroque populatus; caſtra etiam Prætorum, & Præſidum aggreſſus, Claudium Unimanum pæne ad 5 internecionem exercitus cecidiſ-

3 Pari temeritate ac aſtutiâ.

4 Pilum fuit Romanorum telum, ſicut ſariſſæ Macedonum, & Geſa Gallorum: Hinc primipilus dicebatur centurio primæ cohortis. Pilum verò græcum inſtrumentum fuit, quo in pinſendo tritico utebantur. Hinc Pilumnus Deus qui frumenti pinſendi uſum invenit: Quid verò ſibi velit Plautus ubi dicit, *Poſtea ibo lavatum in pilum*, non facile eſt ſcitu, & neſcio quid ſit, ſi non fuerit balnei alicujus inſigne, ut malum punicum in Domit. apud Sueton. inſigne domus eſt.

5 Internecio, univerſa ſtrages, multitudinem enim totam complectitur. Internecinum bellum, cujus exitus alteri parti totalem ruinam affert: Internecinum teſtamentum, authore Feſto, cujus cauſa, dominus ejus necatus eſt.

ſet,

ſet, inſignita trabeis, & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis 2 trophæa fixiſſet: tandem etiam Fabius Maximus conſul oppreſſerat: ſed à ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt, quippe qui conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditionis agitantem, per fraudem, & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuiſſe.

CAPUT XVIII.

Bellum Numantinum.

NUmantia, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine, & honore par omnibus, ſummumque, ſi viros æſtimes, Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modicè edito in tumulo apud 3 flumen

2 Trophæa victoriæ monumenta. Et Meton. pro ipſa victoria, ſic Hor. 2. Car. od. 9. *Potius nova cantemus Auguſti trophæa.* Propriè autem erigebantur in locis ipſis ubi devicti erant hoſtes.

3 Vulgò Duero, inter Luſitaniam & Tarraconenſem Provinciam, ad hujus fluminis originem, Numantiæ rudera adhuc hodie conſpiciuntur: Si Geographis fides.

Dvrivm ſita, quatuor millibus Celtiberorum, quadraginta millium exercitum, per annos quatuordecim ſola ſuſtinuit: nec ſuſtinuít modò, ſed ſævius aliquanto perculit, pudendiſque fœderibus affecit. Noviſſimè quum invictam eſſe conſtaret, opus quoque eo fuit 4 qui Carthaginem everterat. Non temerè, ſi fateri licet, ullius cauſa belli injuſtior. 5 Sedigenſes ſocios, & conſanguineos, Romanorum manibus elapſos exceperant, 6 habita pro eis deprecatio nihil valuit, quum ſe ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium juſſi arma deponere. Hoc ſic à barbaris 7 acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaque ſtatim, Megara 8 viro

4 Nempe Pub. Cornelio Scipione.

5 Quia urbis Ledigæ incolis Romanorum vim ac arma fugientibus portas Numantini ſuas aperuerant.

6 Fruſtra pro ipſis deprecati erant.

7 Hoc ita à Numantinis interpretatum ac intellectúm eſt, quaſi manus ipſis amputarentur: Fortes enim ut ait Diodorus arma & vitam eodem æſtimant pretio.

8 Pauci legunt viro, ſatius enim eſt ſimpliciter dixiſſe Megara duce fortiſſimo.

for-

fortiſſimo duce, ad arma converſi, Pompeium prælio aggreſſi. Fœdus tamen maluerunt, quum debellare potuiſſent. Hoſtilium deinde Mancinum. Hunc quoque aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret. Tamen cum hoc quoque fœdus maluêre, contenti armorum 3 manubiis, quum ad internecionem ſævire potuiſſent. Sed non minus Numantini, quàm Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore Populus Romanus, dedecus quidem præſentis flagitii, deditione Mancini expiavit. Cæterùm duce Scipione, Carthaginis incendiis ad 4 excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit. Sed tunc acrius in caſtris, quàm in campo;

3 Manubiis, id eſt, præda: ſed quidam exiſtimant hoc intereſſe inter prædam & Manubias: quòd præda ſint res ipſæ captæ; Manubiæ verò pecuniæ ex prædæ venditione collectæ: Manubiarius autem apud Plaut. vocatur prædæ particeps: Seneca, jactus fulminis vocat manubias κεραυνοβολίας: Sic enim loquitur l. 2. de quæſt. Natur. *Jovi tres manubias dari, quarum prima monet, ſecunda prodeſt, tertia adhibitis conſilio diis emittitur.*

4 Ad urbium everſionem acto ac animato.

noſtro cum milite, quàm cum Numantino prœliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maximè operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, 5 calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ, amputantur, TANTI ESSE EXERCITVM, QVANTI IMPERATOREM, verè proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite, commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum eſt, ut fugientes Numantinos quiſquam videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet & ſine exceptione victoriam, eò neceſſitatum compulſi, primum, ut 6 deſtinatæ morte in prælium ruerent, quum ſeſe prius epulis,

5 Calones dicebantur militum ſervi, qui dominos ad prælium ſequentes, ligna portabant. Hinc Perſ. Sat. 5. *Sambucam citiùs caloni aptaveris alto.*

6 Præconcepta ac ſibimet ipſis propoſita & intenta morte.

quaſi

quaſi 2 inferiis impleviſſent, carnis ſemicrudæ, & 3 celiæ, ſic vocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab Imperatore conſilium: itaque non eſt permiſſa pugna morituris. Quum foſſa, atque lorica, quatuorque caſtris circumdatos, fames premeret: ab Duce orantes prælium, ut tanquam viros occideret: ubi non impetrabant, placuit 4 eruptio. Sic conſerta manu plurimi occiſi: & quum urgeret fames, aliquantiſper 5 inde vixêre. Noviſſimè conſilium fugæ ſedit: ſed hoc quoque ruptis equorum cingulis uxores ademêre, ſummo ſcelere, per amorem. Itaque etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furo-

2 Sacrificia inferis debita ac præſtita inferiæ dicta ſunt: ita dicta quòd ſepulchris mortuorum inferantur. A Græcis χοαὶ vocantur. Fundebant autem mel, aquam, vinum, lac: *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte*. Aliquando quoque captivos necabant placandis fortium virorum manibus. Sic Æn. x. *Viventes rapit inferias quos immolet umbris.*

3 Celiæ alii cæliæ vel quoque cœliæ, genus cereviſiæ, vide Plin. l. 22. cap. ult.

4 *Une ſortie*: cum impetu egreſſio, ubi milites ex urbe impetum in hoſtes faciunt.

5 Ex ſociorum occiſorum cadaveribus.

remque converſi, poſtremo mori hoc genere deſtinàrunt. Duces ſuos, ſeque, patriamque, ferro & veneno, ſubjectoque undique igne peremerunt. 6 Macte eſſe fortiſſimam, & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem aſſeruit, quum fide ſocios, populum orbis terrarum viribus fultum, ſua manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Noviſſimè maximo Duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus nulla: arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantùm de nomine.

CAPUT XIX.

Anacæphaleoſis.

HActenus Populus Romanus pulcher, egregius, pius, ſanctus, atque magnificus: reliqua ſæcula ut grandia æquè, ita

6 Mactus, idem eſt ac magis auctus: Solus Vocativus utriuſque numeri eſt in uſu macte, & in plur. macti, quibus propriè rem bene cœptam laudamus & ad perficiendam adhortamur: *Macte nova virtute puer; ſic itur ad aſtra.* Virg. Æn. 9.

vel

vel magis turbida & fœda, 1 creſcentibus cum ipſa magnitudine imperii, vitiis, adeò ut ſi quis hanc tertiam ejus ætatem tranſmarinam, quam ducentorum annorum fecimus, dividat; centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hiſpaniam domuit, 2 aureos (ſicut poëtæ canunt) jure meritoque fateatur: centum ſequentes, ferreos planè & cruentos, & ſi quid immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus cœlum ipſum gloria aſcendit; Gracchanas, Druſianaſque cædes, ad hoc Servilia bella miſcuerunt: & ne quid turpitudini deſit, Gladiatoria. Denique in ſe ipſe converſus Marianis, atque Syllanis, noviſſimè Pompeii, & Cæſaris manibus: quaſi per rabiem, & furorem, & nefas, ſemet ipſe laceravit. 3 Quæ etſi involuta inter ſe ſunt omnia at-

1 Appoſitè Juven. Sat. 6.
Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit.

2 Alludit ad quatuor ætates à Poëtis decantatas quarum deſcriptionem pete ex Ovid. Metam. l. 1.

3 Hæc lectio Salmaſio diſplicet, cenſetque reponendum eſſe, quæ etſi juncta inter ſe ſunt omnia, atque confuſa.

que confuſa, tamen quo melius appareant, ſimul & ne ſcelera virtutibus obſtrepant, ſeparatim proferentur: priuſque, ut cœpimus, juſta illa, & pia cum exteris gentibus bella memorabimus, ut magnitudo creſcentis in dies imperii appareat: tum ad illa civium ſcelera, 4 turpeſque, & impias pugnas revertemur.

CAPUT XX.

Bellum Aſiaticum.

VIcta ad occaſum Hiſpania, Populus Romanus ad orientem pacem agebat, nec pacem modò, ſed inuſitata, & incognita quadam felicitate, relictæ regiis hæreditatibus opes, & tota in ſimul regna veniebant. Attalus Rex Pargamenorum, Regis Eumenis filius, ſocii quondam commilitoniſque noſtri, teſtamentum reliquit: POPULUS ROMANUS BONORUM MEORUM HÆRES ESTO, in bonis regis

4 Impias, intelligit civiles, ita Claud. in Ruf. impia certamina vocat à cive concitata: & Lucan. ea dicit pluſquam civilia.

1 hæc

1 hæc fuerant. Adita igitur hæreditate, provinciam Populus Romanus non quidem bello, nec armis, ſed, quod eſt æquius, 2 teſtamenti jure retinebat. Sed hanc, difficile dictu eſt: utrum facilius amiſerit, an recuperaverit. Ariſtonicus 3 Regii ſanguinis ferox juvenis, urbes regibus parere conſuetas, partim facilè 4 ſollicitat: paucas reſiſtentes, Myndum, Samon, Colophonem vi recepit. Craſſi quoque prætoris cecìdit exercitum, ipſumque cepit, ſed ille memor & familiæ, & Romani nominis, cuſtodem

1 Hæc ſub. de quibus ſuprà loquutus eſt Florus, videl. tota inſimul regna veniebant; hæc ipſa regna enim inter bona Regis Attali numerabantur, peneſque ipſum erat eorum hæredem externum nominare.

2 Eodem jure Bithyniæ regnum aſſequutus eſt Pop. Rom. eum enim Nicomedes hæredem nuncupaverat.

3 Erat enim Eumenis, cui ſucceſſerat Attalus, filius.

4 Sollicitat, id eſt, ad defectionem & ſeditionem impellit διαςαϐάζειν, Sic Curt. *Modò milites meos ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecuniâ ſollicitet.* Sollicitare autem propriè eſt inquietare, in curam injicere: Sic Ter. in And. *Cur meam ſenectutem ſollicito hujus amentiâ.* Et apud Liv. Sollicitare pacem, ſignificat *turbare*.

ſui barbarum virgula excæcat, 5 in exitium ſui quod volebat, ita concitat. Mox à Perpenna domitus, & captus, & per deditionem in vinculis habitus. Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas) veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam, quippe quum contra fas deûm moreſque majorum, 6 medicaminibus impuris, in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet.

5 Nam, ut habebat in votis, ab illo barbaro confoditur Sica.

6 Venenis; Græciſmus eſt; Græcis enim φάρμακον & venenum & ſalutiferum medicamentum ſignificat.

lucham urbem, per Ligurem, aditu arduo, inacceſſoque, penetravit. Mox non ipſum modò, ſed Bocchum quoque Mauritaniæ Regem, jure ſanguinis Numidam vindicantem, apud oppidum 1 Cirtam graviter cecîdit. Qui ubi diffiſus rebus ſuis, alienæ cladis 2 acceſſio fieri timet, 3 pretium fœderis, atque amicitiæ. Regem facit. Sic fraudulentiſſimus Regum, fraude 4 ſoceri ſui in inſidias deductus eſt, & Syllæ in manum traditus: tandemque opertum catenis Jugurtham in triumpho Pop. Romanus aſpexit: ſed ille quoque, quamvis victus, & vinctus, vidit Urbem, quam venalem, & quandoque perituram, ſi habuiſſet emptorem, fruſtra cecinerat. Tamen ut venalis fuiſſet, habuit emptorem: & quum ille non evaſerit, certum erit eam non eſſe perituram.

1 Aliter Cirtha, in qua Jugurta Adherbalem necavit, vulgò *Conſtana*: Vide Salluſt. in Iugurt.

2 Adjectio, adjunctio.

3 Romanorum amicitiam Rege tradito emit & illo perſoluto pretio ſibi conciliavit.

4 Imò Generi, Bochus enim gener erat Jugurthæ.

CAPUT

CAPUT II.

Bellum Allobrogicum.

SIc ad meridiem Populus Romanus. Multò atrocius, & multipliciter magis, & à Septentrione ſævitum. Nihil hac plaga 5 infeſtius 6 atrox cœlum, perinde ingenio. Omni igitur tractu violentus hoſtis, à dextris, atque lævis, & medio Septentrionis, erupit. Prima trans Alpes arma noſtra ſenſêre SALYI, 7 quum de incurſionibus eorum fidiſſima atq; amiciſſima civitas MASSILIA quereretur. 8 ALLOBROGES deinde, & 9 ARVERNI, quum adverſus eos ſimiles

5 Activè ſumitur hæc vox pro irato & inimico, & paſſivè pro eo qui alicui malo aut periculo obnoxius eſt: ſic infeſtæ hoſtibus viæ quæ à ſicariis obſidentur: Senectus infeſta, id eſt, gravis ac moleſta: infeſta verò ſigna ea ſunt quæ ab hoſtibus irruentibus inferuntur.

6 Aëris temperies aſpera.

7 Salyi Galliæ Narbonenſis populi: *Aix en Provence & les environs.*

8 Sabaudi, & qui Lacus Lemanni utrumque littus inhabitant: Hodie *Le Pays de Vaud, & le Chablais.*

9 Hodie *Auvergnats.*

4 Æduo-

4Æduorũ querelę opem & auxilium noſtrum flagitarent.5Varus victoriæ teſtis,6 Iſaraque 7 & Vindelicus amnis, & impiger fluminum 8 Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuêre, immanitati gentium pares. Nil tam conſpicuum in triumpho, quàm Rex ipſe Bituitus diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Utriuſque victoriæ, quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quòd & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas extruxêre turres, & deſuper exornata armis hoſtibus Trophæa fixêre: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquàm enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.

4 Ceux d'Autun.
5 Vulgò le Vare.
6 L'Iſere.
7 La Riviere de Vindelique.
8 Et Rhodanus omnium rapidiſſimus.
9 Carpentum Vehiculi genus quaſi Carmentum dictum, à Carmenta Evandri matre: Unde Ovid. Faſt. 1. *Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant: Hac quoque ab Evandri dicta parente reor.*

CAPUT

CAPUT III.

Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.

10 CIMBRI, 11 THEVTONI, atque 12 TIGVRINI, ab extremis Galliæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant: excluſique Gallia & Hiſpania, quum in Italiam remigrarent, miſêre legatos in caſtra Silani, inde ad Senatum, petentes, ut 12 Martius populus aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium: cæterum, ut vellet, manibus atque armis ſuis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus 14 agrarijs le-

10 Cimbri Veteris Germaniæ populi, qui hodie Dani & Holſati vocantur.

11 Theutonici annumerantur à Plinio inter Ingevones, alii ipſos Saxones eſſe putant.

12 Hodie ſuum nomen retinent, numerantque inter Helveticos pagos, vulgò *Zurich*.

13 Romanum intelligit populum, ita dictus vel à Martio Anco Rege, vel à Campo Martio, vel quòd eſſet bellicoſus populus.

14 Leges Agrarias vocat eas quæ ferebantur de agris ex æquo dividendis.

gibus

gibus intra ſe dimicaturus ? Repulſi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec ſecundum Manlius; nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt. Omnes fugati, exuti 2 caſtris. Actum erat, niſi Marius 3 illi ſæculo contigiſſet. Ille quoque non auſus congredi ſtatim, militem tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, 4 conſeneſceret. Receſſêre igitur 5 increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) conſulentes, quid ad uxores ſuas mandarent. Nec ſegnius, quàm minati fuerant, tripertito agmine per Alpes, id eſt clauſtra Italiæ, ferebantur. Marius mira

2 Caſtra enim Romanorum occupaverant Barbari.

3 In illo enim, ſecundùm Salluſt. ſpes atque opes civitatis ſitæ erant.

4 Evaneſceret ac deficeret : res enim dicuntur ſeneſcere ubi declinant ac vana fiunt : Sic eleganter dicitur : ſeneſcit fama, ſeneſcit hyems, cùm minuitur; ſeneſcit morbus, cùm remittitur.

5 Increpantes, irridentes ac illudentes.

ſtatim velocitate occupatis 6 compendijs: prævenit hoſtem: prioreſque THEVTONOS ſub ipſis Alpium radicibus aſſequutus, in locum, quem 7 Aquas Sextias vocant, 8 qua fide numinum, prælio oppreſſit. Vallem fluviumque medium hoſtes tenebant: noſtris aquarum nulla copia. Conſultóne id egerit Imperator, an errorem in conſilium verterit, dubium. Certè neceſſitate aucta virtus, cauſa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, Viri, inquit, eſtis: en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum eſt, eaque cædes hoſtium fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quàm ſanguinis Barbarorum. Certè Rex ipſe Theu-

6 Compendium pro via compendiaria ac brevi. Sic apud Plin. l. 5. c. 5. Compendium viæ quatridui deprehenſum eſt: aliàs compendium lucrum ſignificat, oppoſitè ad diſpendium: Sic Tibul. *Nec vagus ignotis repetens compendia terris, Preſſerat externa navita merce ratem.*

7 Hodie *Aix en Provence*: Ita dictæ, quòd juxta ſint aquæ calidæ quibus varii ægri curantur. Dictæ autem ſextæ à *Sexto* Romanorum Duce qui perdomitis Salibus oppidum illud exſtruxit. Author eſt Strabo.

8 Alii quo fidem, vox exclamantis ac admirantis, quaſi diceret, *bone Deus.*

tobochus quaternos, ſenoſq́; 1 equos tranſilire ſolitus, vix unum, quum fugeret, aſcendit, proximoque in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectaculum triumphi fuit. Quippe vir proceritatis eximiæ ſuper trophæa 2 ipſa eminebat. Sublatis funditus Theutonis, in CIMBROS convertitur. Hi jam (quis crederet ?) per hyemem, quæ altius Alpes 3 levat, Tridentinis jugis in Italiam 4 provoluti ruina deſcenderant. Ateſim flumen non ponte, nec navibus, ſed quadam ſtoliditate barbarica, primum corporibus aggreſſi, poſtquam retinere amnem manibus & clypeis fruſtra tentaverant, ingeſtà obrutum ſilva tranſiluêre : & ſi ſtatim infeſto agmine Urbem petiiſſent, grande diſcrimen eſſet :

1 Tranſilire eſt propriè, ultra ſalire, hic igitur Theutobochus confeſtim plures equos raptim tranſgrediebatur.

2 Legendum eſt ſupra trophæa ſua, quæ tum de ipſo tum de ipſius ſpoliis extructa erant.

3 Nivibus operiendo reddit altiores : *Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc nive dura claudit hyems, canoque ad ſydera vertice tollit, cœlum illinc cecidiſſe putes;* De Alpibus loquitur Petron.

4 A ſummis jugis ruentes, ſe demittebant urſorum more.

ſed

noſtro cum milite, quàm cum Numantino prœliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maximè operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, 5 calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ, amputantur, TANTI ESSE EXERCITUM, QUANTI IMPERATOREM, verè proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite, commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum eſt, ut fugientes Numantinos quiſquam videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio veram vellet & ſine exceptione victoriam, eò neceſſitatum compulſi, primum, ut 6 deſtinatæ morte in prælium ruerent, quum ſeſe prius epulis,

5 Calones dicebantur militum ſervi, qui dominos ad prælium ſequentes, ligna portabant. Hinc Perſ. Sat. 5. *Sambucam citiùs caloni aptaveris alto.*

6 Præconcepta ac ſibimet ipſis propoſita & intenta morte.

quaſi 2 inferiis impleviſſent, carnis ſemi-crudæ, & 3 celiæ, ſic vocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab Imperatore conſilium: itaque non eſt permiſſa pugna morituris. Quum foſſa, atque lorica, quatuorque caſtris circumdatos, fames premeret: ab Duce orantes prælium, ut tanquam viros occideret: ubi non impetrabant, placuit 4 eruptio. Sic conſerta manu plurimi occiſi: & quum urgeret fames, aliquantiſper 5 inde vixêre. Noviſſimè conſilium fugæ ſedit: ſed hoc quoque ruptis equorum cingulis uxores ademêre, ſummo ſcelere, per amorem. Itaque etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furo-

2 Sacrificia inferis debita ac præſtita inferiæ dicta ſunt: ita dicta quòd ſepulchris mortuorum inferantur. A Græcis χοαὶ vocantur. Fundebant autem mel, aquam, vinum, lac: *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.* Aliquando quoque captivos necabant placandis fortium virorum manibus. Sic Æn. x. *Viventes rapit inferias quos immolet umbris.*

3 Celiæ alii cæliæ vel quoque cœliæ, genus cereviſiæ, vide Plin. l. 22. cap. ult.

4 *Une ſortie:* cum impetu egreſſio, ubi milites ex urbe impetum in hoſtes faciunt.

5 Ex ſociorum occiſorum cadaveribus.

remque converſi, poſtremo mori hoc genere deſtinàrunt. Duces ſuos, ſeque, patriamque, ferro & veneno, ſubjectoque undique igne peremerunt. 6 Macte eſſe fortiſſimam, & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem aſſeruit, quum fide ſocios, populum orbis terrarum viribus fultum, ſua manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Noviſſimè maximo Duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus nulla: arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantùm de nomine.

CAPUT XIX.

Anacæphaleoſis.

HActenus Populus Romanus pulcher, egregius, pius, ſanctus, atque magnificus: reliqua ſæcula ut grandia æquè, ita

6 Mactus, idem eſt ac magis auctus: Solus Vocativus utriuſque numeri eſt in uſu macte, & in plur. macti, quibus propriè rem bene cœptam laudamus & ad perficiendam adhortamur: *Macte nova virtute puer; ſic itur ad aſtra.* Virg. Æn. 9.

vel

vel magis turbida & fœda, 1 creſcentibus cum ipſa magnitudine imperii, vitiis, adeò ut ſi quis hanc tertiam ejus ætatem tranſmarinam, quam ducentorum annorum fecimus, dividat; centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hiſpaniam domuit, 2 aureos (ſicut poëtæ canunt) jure meritoque fateatur: centum ſequentes, ferreos planè & cruentos, & ſi quid immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque Germanicis, quibus cœlum ipſum gloria aſcendit; Gracchanas, Druſianaſque cædes, ad hoc Servilia bella miſcuerunt: & ne quid turpitudini deſit, Gladiatoria. Deniqne in ſe ipſe converſus Marianis, atque Syllanis, noviſſimè Pompeii, & Cæſaris manibus: quaſi per rabiem, & furorem, & nefas, ſemet ipſe laceravit. 3 Quæ etſi involuta inter ſe ſunt omnia at-

1 Appoſitè Juven. Sat. 6.

Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit.

2 Alludit ad quatuor ætates à Poëtis decantatas quarum deſcriptionem pete ex Ovid. Metam. l. 1.

3 Hæc lectio Salmaſio diſplicet, cenſetque reponendum eſſe, quæ etſi juncta inter ſe ſunt omnia, atque confuſa.

que confuſa, tamen quo melius appareant, ſimul & ne ſcelera virtutibus obſtrepant, ſeparatim proferentur: priuſque, ut cœpimus, juſta illa, & pia cum exteris gentibus bella memorabimus, ut magnitudo creſcentis in dies imperii appareat: tum ad illa civium ſcelera, 4 turpeſque, & impias pugnas revertemur.

CAPUT XX.

Bellum Aſiaticum.

VIcta ad occaſum Hiſpania, Populus Romanus ad orientem pacem agebat, nec pacem modò, ſed inuſitata, & incognita quadam felicitate, relictæ regiis hæreditatibus opes, & tota in ſimul regna veniebant. Attalus Rex Pargamenorum, Regis Eumenis filius, ſocii quondam commilitoniſque noſtri, teſtamentum reliquit: POPVLVS ROMANVS BONORVM MEORVM HÆRES ESTO, in bonis regis

4 Impias, intelligit civiles, ita Claud. in Ruf. impia certamina vocat à cive concitata: & Lucan. ea dicit pluſquam civilia.

1 hæc fuerant. Adita igitur hæreditate, provinciam Populus Romanus non quidem bello,nec armis, ſed, quod eſt æquius, 2 teſtamenti jure retinebat. Sed hanc, difficile dictu eſt: utrum facilius amiſerit, an recuperaverit. Ariſtonicus 3 Regii ſanguinis ferox juvenis, urbes regibus parere conſuetas, partim facilè 4 ſollicitat: paucas reſiſtentes, Myndum, Samon, Colophonem vi recepit. Craſſi quoque prætoris cecìdit exercitum, ipſumque cepit, ſed ille memor & familiæ, & Romani nominis, cuſtodem

1 Hæc ſub. de quibus ſuprà loquutus eſt Florus, videl. tota inſimul regna veniebant; hæc ipſa regna enim inter bona Regis Attali numerabantur, peneſque ipſum erat eorum hæredem externum nominare.

2 Eodem jure Bithyniæ regnum aſſequutus eſt Pop. Rom. eum enim Nicomedes hæredem nuncupaverat.

3 Erat enim Eumenis, cui ſucceſſerat Attalus, filius.

4 Sollicitat, id eſt, ad defectionem & ſeditionem impellit διασαβάζειν, Sic Curt. *Modò milites meos ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecuniâ ſollicitet.* Sollicitare autem propriè eſt inquietare, in curam injicere: Sic Ter. in And. *Cur meam ſenectutem ſollicito hujus amentiâ.* Et apud Liv. Sollicitare pacem, ſignificat *turbare*.

lucham urbem, per Ligurem, aditu arduo, inacceſſoque, penetravit. Mox non ipſum modò, ſed Bocchum quoque Mauritaniæ Regem, jure ſanguinis Numidam vindicantem, apud oppidum 1 Cirtam graviter cecîdit. Qui ubi diffiſus rebus ſuis, alienæ cladis 2 acceſſio fieri timet, 3 pretium fœderis, atque amicitiæ. Regem facit. Sic fraudulentiſſimus Regum, fraude 4 ſoceri ſui in inſidias deductus eſt, & Syllæ in manum traditus: tandemque opertum catenis Jugurtham in triumpho Pop. Romanus aſpexit: ſed ille quoque, quamvis victus, & vinctus, vidit Urbem, quam venalem, & quandoque perituram, ſi habuiſſet emptorem, fruſtra cecinerat. Tamen ut venalis fuiſſet, habuit emptorem: & quum ille non evaſerit, certum erit eam non eſſe perituram.

1 Aliter Cirtha, in qua Jugurta Adherbalem necavit, vulgò *Conſtana*: Vide Salluſt. in Iugurt.

2 Adjectio, adjunctio.

3 Romanorum amicitiam Rege tradito emit & illo perſoluto pretio ſibi conciliavit.

4 Imò Generi, Bochus enim gener erat Jugurthæ.

CAPUT

CAPUT II.

Bellum Allobrogicum.

SIc ad meridiem Populus Romanus. Multò atrocius, & multipliciter magis, & à Septentrione ſævitum. Nihil hac plaga 5 infeſtius 6 atrox cœlum, perinde ingenio. Omni igitur tractu violentus hoſtis, à dextris, atque lævis, & medio Septentrionis, erupit. Prima trans Alpes arma noſtra ſenſêre SALYI, 7 quum de incurſionibus eorum fidiſſima atq; amiciſſima civitas MASSILIA quereretur. 8 ALLOBROGES deinde, & 9 ARVERNI, quum adverſus eos ſimiles

5 Activè ſumitur hæc vox pro irato & inimico, & paſſivè pro eo qui alicui malo aut periculo obnoxius eſt: ſic infeſtæ hoſtibus viæ quæ à ſicariis obſidentur: Senectus infeſta, id eſt, gravis ac moleſta: infeſta verò ſigna ea ſunt quæ ab hoſtibus irruentibus inferuntur.

6 Aëris temperies aſpera.

7 Salyi Galliæ Narbonenſis populi: *Aix en Provence & les environs.*

8 Sabaudi, & qui Lacus Lemanni utrumque littus inhabitant: Hodie *Le Pays de Vaud*, & *le Chablais.*

9 Hodie *Auvergnats*,

4 Æduo-

4Æduorũ querelę opem & auxilium noſtrum flagitarent.5Varus victoriæ teſtis,6 Iſaraque 7 & Vindelicus amnis, & impiger fluminum 8 Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuêre, immanitati gentium pares. Nil tam conſpicuum in triumpho,quàm Rex ipſe Bituitus diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Utriuſque victoriæ, quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quòd & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas extruxêre turres, & deſuper exornata armis hoſtibus TROPHÆA fixêre: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquàm enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.

4 Ceux d'Autun.
5 Vulgò le Vare.
6 L'Iſere.
7 La Riviere de Vindelique.
8 Et Rhodanus omnium rapidiſſimus.
9 Carpentum Vehiculi genus quaſi Carmentum dictum, à Carmenta Evandri matre: Unde Ovid. Faſt. 1. *Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant: Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.*

CAPUT

CAPUT III.

Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.

10 CIMBRI, 11 THEVTONI, atque 12 TIGVRINI, ab extremis Galliæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant: excluſique Gallia & Hiſpania, quum in Italiam remigrarent, miſêre legatos in caſtra Silani, inde ad Senatum, petentes, ut 12 Martius populus aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium: cæterum, ut vellet, manibus atque armis ſuis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus 14 agrarijs le-

10 Cimbri Veteris Germaniæ populi, qui hodie Dani & Holſati vocantur.

11 Theutonici annumerantur à Plinio inter Ingevones, alii ipſos Saxones eſſe putant.

12 Hodie ſuum nomen retinent, numerantque inter Helveticos pagos, vulgò *Zurich*.

13 Romanum intelligit populum, ita dictus vel à Martio Anco Rege, vel à Campo Martio, vel quòd eſſet bellicoſus populus.

14 Leges Agrarias vocat eas quæ ferebantur de agris ex æquo dividendis.

gibus intra ſe dimicaturus ? Repulſi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec ſecundum Manlius; nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt. Omnes fugati, exuti 2 caſtris. Actum erat, niſi Marius 3 illi ſæculo contigiſſet. Ille quoque non auſus congredi ſtatim, militem tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, 4 conſeneſceret. Receſſêre igitur 5 increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) conſulentes, quid ad uxores ſuas mandarent. Nec ſegnius, quàm minati fuerant, tripertito agmine per Alpes, id eſt clauſtra Italiæ, ferebantur. Marius mira

2 Caſtra enim Romanorum occupaverant Barbari.

3 In illo enim, ſecundùm Salluſt. ſpes atque opes civitatis ſitæ erant.

4 Evaneſceret ac deficeret: res enim dicuntur ſeneſcere ubi declinant ac vana fiunt: Sic eleganter dicitur: ſeneſcit fama, ſeneſcit hyems, cùm minuitur; ſeneſcit morbus, cùm remittitur.

5 Increpantes, irridentes ac illudentes.

ſtatim

ſtatim velocitate occupatis 6 compendijs: prævenit hoſtem: prioreſque THEVTONOS ſub ipſis Alpium radicibus aſſequutus, in locum, quem 7 Aquas Sextias vocant, 8 qua fide numinum, prælio oppreſſit. Vallem fluviumque medium hoſtes tenebant: noſtris aquarum nulla copia. Conſultóne id egerit Imperator, an errorem in conſilium verterit, dubium. Certè neceſſitate aucta virtus, cauſa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, Viri, inquit, eſtis: en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum eſt, eaque cædes hoſtium fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quàm ſanguinis Barbarorum. Certè Rex ipſe Theu-

6 Compendium pro via compendiaria ac brevi. Sic apud Plin. l. 5. c. 5. Compendium viæ quatridui deprehenſum eſt: aliàs compendium lucrum ſignificat, oppoſitè ad diſpendium: Sic Tibul. *Nec vagus ignotis repetens compendia terris, Prefferat externa navita merce ratem.*

7 Hodie *Aix en Provence*: Ita dictæ, quòd juxta ſint aquæ calidæ quibus varii ægri curantur. Dictæ autem ſextæ à *Sexto* Romanorum Duce qui perdomitis Salibus oppidum illud exſtruxit. Author eſt Strabo.

8 Alii quo fidem, vox exclamantis ac admirantis, quaſi diceret, *bone Deus.*

tobochus quaternos, ſenoſq; 1 equos tranſilire ſolitus, vix unum, quum fugeret, aſcendit, proximoque in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectaculum triumphi fuit. Quippe vir proceritatis eximiæ ſuper trophæa 2 ipſa eminebat. Sublatis funditus Theutonis, in CIMBROS convertitur. Hi jam (quis crederet?) per hyemem, quæ altíus Alpes 3 levat, Tridentinis jugis in Italiam 4 provoluti ruina deſcenderant. Ateſim flumen non ponte, nec navibus, ſed quadam ſtoliditate barbarica, primum corporibus aggreſſi, poſtquam retinere amnem manibus & clypeis fruſtra tentaverant, ingeſtà obrutum ſilva tranſiluêre: & ſi ſtatim infeſto agmine Urbem petiiſſent, grande diſcrimen eſſet:

1 Tranſilire eſt propriè, ultra ſalire, hic igitur Theutobochus confeſtim plures equos raptim tranſgrediebatur.

2 Legendum eſt ſupra trophæa ſua, quæ tum de ipſo tum de ipſius ſpoliis extructa erant.

3 Nivibus operiendo reddit altiores: *Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc nive dura claudit hyems, canoque ad ſydera vertice tollit, cœlum illinc cecidiſſe putes*; De Alpibus loquitur Petron.

4 A ſummis jugis ruentes, ſe demittebant urſorum more.

ſed in VENETIA, 5 quo ferè tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli, cœlique clementia robur elanguit. Ad hoc panis uſu, carniſque coctæ, & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggreſſus eſt. Iam diem pugnæ à noſtro Imperatore petierunt, & ſic proximũ dedit. In patentiſſimo, quem 6 Raudium vocant, campo 7 procurrere. Millia inde ad ſexaginta ceciderunt. 8 Hinc tertio minus, per omnem diem conciditur barbarus. Iſti quoque Imperator addiderat virtuti dolum, ſequutus Annibalem, artemque Cannarum: primum, nebuloſum nactus diem, ut hoſti inopinatus occurreret: tum ventoſum quoque, ut pulvis in oculos, & ora ferretur: tum acie converſa in Orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum eſt, ex ſplen-

5 Temperatiſſima: qua regione nulla eſt in Italia temperatior ac mitior: hinc Proverb. *Euganea mollior agna*, apud Juv. Sat. 8. quo homo effœminatus deſignatur: Euganæi autem idem ac Veneti.

6 Plutarch. qui certamen hoc deſcribit iſtius loci non mĕminit, ſed tantùm dicit χώραντι δὲ πεδίον τὸ περὶ Βερκέλλας: Raudium quidam interpretantur per rudem & aſperum.

7 Alii concurrere & melius.

8 Ex Romanis.

dore

dore galearum, ac 1 repercuſſu, quaſi ardere cœlum videretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quàm cum ipſis fuit: 2 quum objectis undique plauſtris, atque carpentis, altè deſuper quaſi è turribus, lanceis contiſque pugnarent. 3 Perinde ſpecioſa mors earum fuit, quàm pugna. Nam quum miſſa ad Marium legatione, libertatem, ac ſacerdotium non impetraſſent (nec fas erat) ſuffocatis, eliſisque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto, ab arboribus, jugiſque plauſtrorum pependerunt. Beleus rex in acie dimicans, impigrè, nec 4 inultus occubuit. Tertia TIGVRINORVM manus, quæ quaſi 5 ſubſidio Noricos inſe-

1 Solis radiorum reflexione & reverberatione, Sic Ovid. Metam. 1. *Poſitaque ex ordine gemma, clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.*

2 Haſtas & Harpagines opponebant ex curribus & plauſtris.

3 Pulchra ac conſpicua mors.

4 Sine ultione, magnum fortibus ſolatium non inultos mori, ſic apud Virgil. Æneid. 2. *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.*

5 In ſubſidium ut placet Salmaſio; Illyricos colles occupaverat Tigurinorum exercitus.

derat

derat Alpium tumulos, in diverſa lapſi, fuga ignobili & latrociniis evanuit. Hunc tam lætum, tamque fœlicem liberatæ Italiæ, aſſertique imperij nuncium, non per homines, ut ſolebat, populus Romanus accepit, ſed per ipſos, ſi credere fas eſt, deos. Quippe eodem die, quo geſta res eſt, viſi pro æde Caſtoris & Pollucis, juvenes laureati Prætori literas tradere: frequenſque in ſpectaculo rumor victoriæ Cymbricæ, fœliciter, dixit. Quo quid admirabilius. Quidque inſignius fieri poteſt? Quippe velut elata montibus ſuis Roma, ſpectaculo belli intereſſet, quod in gladiatorio munere fieri ſolet; uno eodemque momento, quum in acie Cymbri ſuccumberent, populus in urbe 6 plaudebat.

6 Plaudo eſt propriè lætitiam manibus oſtendo: Hæc vox *Plaudite* ſolet addi in fine comœdiarum, qua, Poëtæ hortantur Auditores, ut manuum applauſu ſignificent fabulam ipſis acceptam ac gratam fuiſſe.

CAPUT

CAPUT IV.

Bellum Thracium.

POſt Macedonas, 1 ſi Diis placet; THRACES 2 rebellabant, ipſi quondam tributarij Macedonum: nec in proximas modò provincias contenti incurrêre, Theſſaliam, atque Dalmatiam; in Adriaticum mare uſque venerunt, eoque fine contenti, quaſi interveniente natura, contorta in ipſas aquas 3 tela miſerunt. Nihil interim per id omne tempus reſiduũ crudelitatis fuit in captivos ſævientibus: litare diis

1 Alii legunt ſic Diis placet, ſic ſuperis viſum: Sed ſi communis lectio retineatur; Hæc vox, vox erit indignantis & quaſi obmurmurantis.

2 Bellum redintegrârunt, fidem victoribus Romanis datam non ſervârunt: ubi autem hæc vox de vulneribus ac vitiis dicitur, ſignificat repullulare: Sic apud Plin. l. 25. 13. ea rurſus ſata rebellare credunt quæ curaverit vitia rebellat humor.

3 Tali furore correptus Xerxes aureas pedicas jecit in profundum mare, dictitans ſe Neptunum irretitum tenere.

4 ſanguinem humanum: bibere in oſſibus capitum, & hujuſcemodi ludibrio fœdare mortem tam igni quàm fumo: partus quoque gravidarum extorquere tormentis. Sæviſſimi omnium Thracum SCORDISCI fuêre: ſed calliditas quoque ad robur acceſſerat. Silvarum & montium ſitus cum ingenio conſentiebant. Itaque non fuſus modò ab his, aut fugatus, ſed ſimili prodigio omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato. Didius vagos, & libera populatione diffuſos, intra ſuam repulit Thraciam. Druſus ulterius egit, & vetuit tranſire Danubium. Minucius toto vaſtavit Hebro, multis quidem amiſſis, dum 5 perfidum glacie flumen equitatur. Piſo Rhodopen Caucaſumque penetravit. Curio Dacia tenus venit: ſed tenebras ſaltuum expavit.

4 Litare plus eſt quàm ſacrificare; ſacrificare enim eſt veniam ſacrificio petere: Litare eſt votum impetrare: Sic apud Virgil. Æn. 4. *Tu modò poſce Deos veniam, ſacriſque litatis, indulge hoſpitio.* Hinc litatô adverbialiter, idem ac auſpicatô.

5 Per perfidum alii legunt: vocat autem perfidum, id eſt, fragile ac lubricum, glacie enim nondum ſatis frigore firmatâ ſub pedibus militum apertâ in flumen ceciderunt plures.

Appius in Sarmatas uſque pervenit: Lucullus ad terminum gentium Tanaïm, lacumque 1 Mæotim. Nec aliter cruentiſſimi hoſtium quàm ſuis moribus domiti, quippe in captivos igne ferroque ſævitum eſt. Sed nihil Barbaris atrocius viſum eſt, quàm quod abſciſſis manibus relicti, vivere ſuperſtites pœnæ ſuæ jubebantur.

CAPUT V.

Bellum Mithridaticum.

2 Ponticæ gentes ad Septentrionem in mare ſiniſtrum jacent, à Pontico cognominatæ mari. Harum gentium atque

1 Vulgò Paludes Mæoticæ in Regione Septentrionali juxta phaſidis oſtium, Hyeme congelaſcens. Tanaïm, alioſque fluvios recipiens: Ovid. *Tardior antiqua viſa Mæotis hyems.* Hodie *Mer de Zabache.*

2 Anatoliæ vel Aſiæ minoris populi, à Ponto regno ſic denominatæ quod nomen ſuum Pontico mari dedit, aliàs *Pontus Euxinus.* Hodie verò *Mer Majeure ou Mer Noire:* Inſignes habuit urbes Chalcedo, *Hodie Scutari*, Prûſias quæ nunc *Burſia* Heraclea & Lybiſſa Annibalis morte ac ſepulchro nota.

regionum Rex antiquiſſimus Atheas: poſt Artabazes, à ſeptem Perſis oriundus: inde Mithridates omnium longè maximus. Quippe quum quatuor Pyrrho, decem & ſeptem anni Annibali ſuffecerint, ille per quadraginta annos reſtitit: donec tribus ingentibus bellis ſubactus; felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeii conſumeretur. Cauſam quidem illius belli prætenderat apud Caſſium legatum, 3 attrectari terminos ſuos à Nicomede Bithynico: cæterùm elatus animis ingentibus, Aſiæ totius, &, ſi poſſet, Europæ cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant noſtra vitia: quippe quum civilibus bellis disjungeremur, invitabat occaſio: nudumque imperii latus 4 oſtentabant procul Marius, Sylla, Sertorius. Inter hæc Reipublicæ vulnera, & hos tumultus, repente, quaſi captato tempore,

3 Nicomedem limites ſuos tranſgredi ac infringere querebatur: Sic Sueton. in Ner. 26. dixit alienam uxorem attrectare.

4 Alii & melius legunt oſtendebant latus unum Imperii nudum, id eſt, indefenſum: Sic urbem præſidio nudam dixit Cic. Att. l. 7. Sic apud Ovid. *Traduntur ducibus mœnia nuda ſuis.*

in laſſos ſimul atque † diſtrictos ſubitus turbo Pontici belli ab ultima veluti ſpecula Septentrionis erupit. Primus ſtatim impetus belli Bithyniam rapuit. Aſia deinde pari terrore correpta eſt. Nec 1 cunctanter ad Regem ab urbibus noſtris, populiſque deſcitum eſt. Aderat, inſtabat, ſævitia quaſi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus edicto, quum omnes, qui in Aſia forent, Romanæ civitatis homines, interfici juſſit? tum quidem domus, templa, & aræ, humana omnia, atque divina jura, violata ſunt. Sed hic terror Aſiæ, Europam quoque Regi 2 aperiebat. Itaque miſſis Archelao Neoptolemoque præfectis, excepta 3 Rhodo, quæ pro nobis firmius ſtetit

† Diſtractos aliis intentos ac jactatos.

1 Sine mora: Sic apud Liv. 1. ab Urbe, tum illum haud cunctanter diſceſſiſſe cotem ferunt.

2 Viam faciebat, Sic Curtius dixit mari quoque novum iter aperuerat, & iterum primus Aſiam aperuerat Regi.

3 Horum fidem pro Romanis ac virtutem celebrat Patercul. l. 2. *Quo tempore neque fortitudine adverſus Mithridatem, neque fide in Romanos quiſquam Rhodiis par fuit:* Hanc inſulam claram vocat Horatius, quoniam ut refert Solin. Nulla dies ita nubila ibi eſt quin ſol non conſpiciatur.

H 3 cæteris,

cæteris, Cyclades, Delos, Eubœa, & ipſum Græciæ decus ATHENÆ, tenebantur. Italiam jam, ipſamque Urbem Romam regius terror 4 afflabat. Itaque Lucius Sylla feſtinat, vir armis optimus: parique violentia ruentem ulterius hoſtem, quadam quaſi manu, repulit: primumque Athenas urbem (quis crederet?) frugum 5 parentem, obſidione, ac fame ad humanos cibos compulit. Mox ſubruto Pyræei portu, ſex quoque, & amplius muris, poſtquam domuerat ingratiſſimos, ut ipſe dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum, ſacris ſuis, famæque donavit. Mox quum Eubœa, at-

4 Afflare eſt propriè ad aliquid ſpirare: ſed hic ſignificat attingere, occupare, Terror enim Mithridatis jam Romam fermè occupaverat: Fulmine, ſic dicuntur afflati, qui non equidem eo feriuntur: ſed ejus fragore & halitu perſtringuntur: Aliter afflare eſt favere: *Felix cui placidus leniter afflat amor.* Tibul. l. 2. Eleg.

5 Ceres enim Atticos agriculturam docuit, & quoniam apud ipſos fuit in uſu antequam cæteris nationibus innoteſceret, ideo cenſentur authores frugum & parentes. Unde Lucret. 6. *Prima frugiferos fœtus mortalibus ægris dediderunt quondam præclaro Nomine Athenæ, & recreaverunt vitam, Legeſque creârunt.*

que

que Bœotia, præſidia Regis diſpuliſſet, omnes copias, uno apud Chæroneam, apud Orchomenon altero bello diſſipavit: ſtatimque in Aſiam tranſgreſſus, ipſum opprimit, & debellatum foret, niſi de Mithridate triumphare cito, quàm verè maluiſſet. Ac tunc quidem hunc Aſiæ ſtatum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus. Recepit Bithyniam à Rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam; ac ſic erat Aſia rurſus noſtra, ut cœperat. Mithridates tantùm 1 repulſus, itaque non 2 fregit ea Res Ponticos, ſed incendit. Quippe Rex Aſia, & Europa quodammodo 3 ineſcatus, non jam quaſi alienam, ſed quia amiſerat, quaſi raptam, belli jure repetebat. Igitur ut ex-

1 Ejectus ac ut aliis placet terris exutus.

2 Animos ipſorum non imminuit ac dejecit. Sic apud Ovid. *Frangit animos labor aſſiduus*. Eleg. 1. lib. 1. Frangere verò diem apud Horat. idem eſt ac terere: *Cum quo morantem ſæpe diem mero fregi*. Od. 7. l. 2.

3 Ineſcatus, divitiis harum regionum captus, ineſcare eſt propriè ſpe lucri aliquem allicere vel decipere, ſic Ter. in Adelp. *Abi nunquam rem facies, neſcis ineſcare homines*. Metaphora à piſcibus petita ut & ab avibus quæ objectâ eſcâ capiuntur.

tincta parum fideliter incendia, majore flamma reviviſcunt; ita ille 4 de integro, auctis majorem in modum copiis, tota denique Regni ſui mole, in Aſiam rurſus mari, terra, fluminibúſque veniebat. CYZICUM nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribúſque marmoreis, Aſiaticæ plagæ littora illuſtrat, hanc ille quaſi alteram Romam 5 toto invaſerat bello: ſed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuncius fecit, docens adventare Lucullum, qui (horribile dictu) per medias hoſtium naves 6 utre ſuſpenſus, & pedibus iter adgubernans, videntibus procul quaſi marina 7 priſtix evaſerat.

4 Rurſus, denuò ἐξ ὑπαρχῆς Virg. Ecl. 4. *Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.*

5 Totis viribus acriterq́ue urſit, ipſam undiquaque obſidione cinxerat.

6 Uter, utris, pellis quâ vinum aut oleum deferri ſolet: *Æolios Ithacis incluſimus utribus Euros.* Hinc utriculus pro navicula: Ita Cic. ut correxit Turneb. *Ego verò utriculo, ſi navis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio.* Milites autem ſubjectis utribus incumbentes fluvios tranſiiſſe conſtat ex Hiſtoria.

7 Priſtix vel ut aliis placet piſtrix, genus piſcis marini atque longiſſimi corporis. Virg. Æn. 3. *Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo, pube tenus, poſtrema immani corpore priſtis,* ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα.

Mox clade converſa, quum ex mora obſidentem Regem, & ex fame peſtilentia urgeret, recedentem Lucullus aſſequitur: adeoque cecîdit, ut Granicus, & Æſapus amnes, cruenti redderentur. Rex callidus, Romanæque avarîtiæ peritus, ſpargi à fugientibus ſarcînas & pecuniam juſſit, qua ſequentes moraretur. Nec felicior in mari, quàm in terra fuga, quippe centum amplius navium claſſem, apparatumque belli gravem, in Pontico mari aggreſſa tempeſtas, tam fœda ſtrage laceravit, ut navalis belli inſtar efficeret, planè quaſi Lucullus quodam cum fluctibus, procelliſque commercio, debellandum tradidiſſe Regem ventis videretur. Attritæ jam omnes validiſſimi regni vires erant, ſed animus malis [1] augebatur. Itaque converſus ad proximas gentes, totum pæne Orientem, ac Septentrionem, ruîna ſua involvit. Iberi, Caſpii, Albani, & utræque ſollicitabantur Armeniæ: perque omnia, & decus, & nomen &

1 Magnæ virtutis ac indolis erectæ indicium: Ita Salluſt. de Cæſare, *Semper tibi majorem in adverſis quàm in rebus ſecundis animum fuiſſe*. Alii legunt angebatur, ſed minus appoſitè.

titulos Pompejo ſua 2 fortuna quærebat. Qui ubi novis motibus ardere Aſiam videt, alioſque ex aliis prodire Reges : nihil cunctandum ratus, priuſquam inter ſe gentium robora coirent, ſtatim ponte navibus facto, omnium ante ſe primus tranſit Euphratem: Regemque fugientem media nactus Armenia (quanta felicitas viri!) uno prælio confecit. 3 Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus, quippe quaſi commilitans, quum à tergo ſe hoſtibus, à facie Romanis præbuiſſet, Pontici per errorem longius cadentes umbras ſuas quaſi hoſtium corpora petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellatus eſt, nihil enim poſtea valuit; quanquam omnia expertus, more anguium, qui obtrito capite, poſtremum cauda minantur. Quippe quum effugiſſet hoſtem

2 Propria quam penes ſe habebat: Luc. 8. *Non pretioſa petit cumulato ture ſepulcra, Pompeius, fortuna, tuus.*

3 Noctu pugnandum fuit cumque Luna ipſi faveret; Pontici enim proprias umbras telis ſuis petebant, ac Romani in ipſos exarmatos irrumpentes, victoria potiuntur.

4 Colchos

4 Colchos, Siciliæ quoque littora, & Campaniam noſtram ſubitò adventu terrere voluit: mox ſubruto Pyræei portu, Colchis tenus jungere Boſphoron: inde per Thraciam, Macedoniam & Græciam tranſilire: ſic Italiam nec opinatus invadere, tantum cogitavit. Nam per 5 defectionem civium, Pharnaciſque filii ſcelere, præventus, 6 malè tentatum veneno ſpiritum ferro expulit. Cnæus interim Magnus rebelles Aſiæ reliquias ſequens, per diverſa gentium, terrarúmque volitabat. Nam ſub Orientem ſe-

4 Uſque ad Colchos: fuit autem Colchis regio Aſiæ minoris juxta Pontum; patria Medeæ: Colchi autem veneficiis ita dediti fuerunt, ut Colchica venena abierint in proverbium.

5 Defectio eſt militum à Duce, vel civium à Magiſtratu receſſio ἀπόστασις, ἀποστασία: *ob reſiduas bellorum iras maximè ſollicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre*, Liv. l. 1.

6 Fruſtra tentavit ſibi conſcire mortem venenis. Cùm enim frequens bibiſſet venenum corpuſque adversùs venena firmâſſet, venenum impunè ſumpſit nec unquam eo perire potuit. De quo Juv. Sat. 6. *Si prægustaret Atreides Pontica ter victi cautus medicamina Regis.* Et Sat. 14. *Eme quod Mithridates compoſuit, ſi vis aliam decerpere ficum.*

quutus Armenios, captis 3 ipſo capite gentis Artaxatis, ſupplicem juſſit regnare Tigranem. At in Septentrionem Scythicum, iter tanquam in mari 4 ſtellis ſequutus, Colchos cecidit. Ignovit Iberiæ, pepercit Albanis. Regem Colchorum Orodem, poſitis ſub ipſo Caucaſo caſtris, juſſit in plana deſcendere; Arthocen, qui Iberis imperabat, & obſides liberos dare. 5 Orodem etiam remuneratus eſt, ultro ab Albania ſua lectulum aureum, & alia dona mittentem. Necnon & in meridiem verſo agmine, Libanum Syriæ, Damaſcumque tranſgreſſus, per nemora illa odorata, per turis & balſami ſilvas, Romana circumtulit ſigna. Arabes, ſi quid imperaret, præſto fuêre. 6 HIERO-

3 Ipſa Metropoli occupata, quam Artaxatam nominant Geographi.

4 Ad ſtellarum curſum, nautarum more, iter ſequutus eſt. Sic de Catonis exercitu Lucanus dixit Pharſ. 9. *Sideribus novêre vias*: aliter enim curſus non patebat.

5 Orodem etiam donis ſuis viciſſim donavit.

6 Pompeius Hieroſolymam ingreſſus auream illam vitem vidit de quā Joſephus 14. 5. Unde putârunt Judæos Bacchum Indorum coluiſſe: Vocat hic Florus grande Arcanum, quia quem adorabant Deum gentes ignorabant.

SOLYMAM defendere tentavêre Judæi; verùm hanc quoque intravit; & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo uti cœlo. Diſſidentibuſque de regno fratribus, arbiter factus, regnare juſſit Hircanum. Ariſtobulo, quia renovabat eam rem, catenas dedit. Sic Pompeio duce Populus Romanus totam qua latiſſima eſt, Aſiam pervagatus, quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt; & Indis, qui adhuc nos non noverant, omnis Aſia inter Rubrum mare, & Caſpium, & Oceanum, Pompeianis domita, vel oppreſſa 1 ſignis tenebatur.

1 Romano Exercitu, ſub Pompeio occupabatur.

CAPUT

CAPUT VI.

2 *Bellum Piraticum.*

INterim dum Populus Romanus per diverſa terrarum diſtractus eſt, 3 CILICES invaſerant maria, ſublatiſque commerciis, rupto fœdere generis humani, ſic maria bello, quaſi tempeſtate 4 præcluſerant. Audaciam perditis, furioſiſque latronibus dabat inquieta Mithridatis præliis Aſia: dum ſub alieni belli tumultu, exte-

2 Piratam, prædonem maritimum eſſe, omnibus innotuit, ita dicti ſunt ἀπὸ τοῦ πειρᾶν pervagari. Hinc Laurea piratica; pro triumpho de Piratis quos Pompeius ſubegit: *Et victis cedat piratica laurea Gallis, Magne times:* Luc. l. 1.

3 Cilicia regio eſt minoris Aſiæ, nunc *Carmania* dicta, ſi Cluverio fides, inter Taurum & Cilicium mare porrecta. Cilices ob hanc artem piraticam crudeliſſimi erant & cenſebantur. Et quoniam Imperatores Cilicii dicebantur hirſuti & pilis obſiti; Hinc ſaga pilis contexta, cilicia vocatur.

4 Præcludere eſt propriè, intercludere, præcidere. Sic Ovid. Met. 1. *Sed nocet eſſe Deum: præcluſaque janua Leti. Æternum noſtros luctus extendit in ævum.* Hìc intelligit Florus, hos piratas Maria parum tuta reddidiſſe, & ſuis prædationibus arcere à navigatione.

rique Regis invidia, impunè graſſantur. Ac primum duce Iſidoro, contenti proximo mari, Cretam inter, atque Cyrenas, 5 Pyræeum; & Achajam, ſinumque Maleum, quod à ſpoliis Aureum ipſi vocavêre, latrocinabantur. Miſſuſque in eos Publius Servilius, quamvis leves, & fugaces 6 myoparonas, gravi, & Martia claſſe turbaret, non incruenta victoria ſuperat. Sed nec mari ſubmoviſſe contentus, validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, 7 Phaſelin, & Olympon evertit, Iſaurumque ipſam arcem Ciliciæ: unde conſcius ſibi magni laboris, Iſaurici cognomen adamavit. Non ideo tamen tot cladibus domiti, terra ſe continere potuerunt: ſed ut quædam animalia, quibus aquam, terramque incolendi gemina natura eſt, ſub ipſo hoſtis receſſu impatientes ſoli, in aquas ſuas reſiluerunt; & aliquanto latiùs, quàm prius. Sic ille quoque ante felix, dignus

5 Legendum eſt Epirum & Achaiam.

6 Myoparones lembi ſunt piratici, nomen adepti à Paro inſula & Myunte urbe; Nam & Paron navigii genus eſt & nomine compoſito Myoparo.

7 Urbes maritimas piraticæ deditas.

nunc

nunc victoria Pompeïus viſus eſt, & Mithridaticæ provinciæ facta acceſſio. Ille diſperſam toto mari peſtem ſemel, & in perpetuum volens extinguere, 1 divino quodam apparatu aggreſſus eſt. Quippe quum claſſibus ſuis, & ſocialibus Rhodiorum abundaret, pluribus 2 legatis atque præfectis utraque Ponti, & Oceani ora complexus eſt. Gellius Thuſco 4 mari impoſitus; Plotius Siculo. Gratilius Liguſticum ſinum, Pompeius Gallicum obſedit, Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, quâ primum maris noſtri 5 limen aperitur: Lentulus Libycum; Mar-

1 Divino, cœleſti & ſupra communem vim hominum: divinum enim dicitur quidquid eximium eſt: Sic Virg. Eclog. 3. *Divini opus Alcimedontis.*

2 Locumtenentes. Sic dixit Cic. ad Lent. *Craſſus tres legatos decernit:* & apud Suet. in Galba, Legatum ſe Senatus & P. R. dixit.

3 Maria illa quaſi obſeſſa tenuit claſſibus ſuis. Ora eſt cujuſlibet rei extremitas: *Arma virúmque cano Trojæ qui primus ab oris.*

4 Præfectus, præpoſitus.

5 Oſtium ſive primus ingreſſus patet: Limen enim ſæpè pro ingreſſu uſurpatur: Sic *Limen erat, cæcæque fores, & pervius uſus Tectorum* Virgilius Æneid. 2.

cellinus

cellinus Ægyptium;Pompeii juvenes Adriaticum ; Varro Terentius Ægæum , & Ponticum ; Pamphylium Metellus ; Aſiaticum Cæpio ; ipſas Propontidis fauces Porcius Cato ſic obditis navibus , quaſi 6 portam obſervavit. Sic per omnis æquoris portus, ſinus, latebras, receſſus , promontoria, freta, pæninſulas, quicquid piratarum fuit,quadam indagine incluſum , & oppreſſum eſt. Ipſe Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam verſus eſt : nec hoſtes detrectavêre certamen, non ex fiduciâ , ſed quia oppreſſi erant , auſi videbantur , ſed nihil tamen amplius , quàm ut ad primum ictum concurrerent. Mox ubi circumfuſa undique roſtra viderunt , abjectis ſtatim telis, remiſque plauſu undique pari , quod ſupplicantium ſignum fuit , vitam petiverunt. Non aliàs tam incruenta victoria uſi unquam ſumus : ſed nec fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idque proſpectum ſingulari

6 Navibus oppoſitis clauſit: Sic apud Plinium legitur l. 6. c. 11. Ubi fores obditæ ferratis trabibus. Sic Pompeius hic dicitur fauces , id eſt , anguſtias Propontidis navibus veluti peſſulis clauſiſſe ; ideo legendum eſſe, obſeravit, Salmaſius cenſet.

conſilio

conſilio ducis, qui maritimum genus à conſpectu longè removit maris, & mediterraneis 1 agris quaſi obligavit. Eodemque tempore & uſum maris navibus recuperavit, & terræ homines ſuos reddidit. Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod quadrageſimo die parta eſt? an felicitatem, quod ne una quidem navis amiſſa eſt? an verò perpetuitatem, quod amplius piratæ non fuerunt.

CAPUT VII.

Bellum Creticum.

2 CReticum bellum, ſi vera volumus noſcere, nos fecimus, ſola vincendi nobilem inſulam cupiditate. Faviſſe Mithridati videbatur. Hoc placuit armis vindicare. Primus invaſit inſulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoriæ ſpe at-

1 Agros colendos ipſis dedit, ut agricultura vitam poſſent tolerare.

2 Creta, Inſularum mediterranei maris nobiliſſima, olim Cureta, nunc Candia dicta eſt: centum ſuis urbibus ac Jovis incunabulis clara, ut Dædali labyrintho Nobilis: Eam celebrat Virgil. Æn. 3.

que

que fiducia, adeò, ut plures catenas in navibus, quàm arma portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam pleraſque naves intercepêre hoſtes: captivaque corpora religata velis, ac funibus pependêre: ac ſic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus ſuis adremigaverunt. Metellus deinde totam inſulam igni ferroque populatus, intra caſtella, & urbes redegit, & 3 Cnoſſum, & Erythræam, & ut Græci dicere ſolent, urbium matrem 4 Cydonam: adeoque ſævè in captivos conſulebatur, ut veneno ſe plerique conficerent: alij 5 deditionem ſuam ad Pompejum abſentem mitterent. Et quum ille res in Aſia gerens, eò quoque præfectum miſiſſet Antonium; in aliena provincia 6 inclytus fuit: eoque infeſtior Metellus, in hoſtes jus victoris exer-

3 Cnoſſus Minois regia fuit.

4 Cydonem legendum. Cydon autem fuit inſigne Inſulæ oppidum: hinc Cydonius. Aliquando nomen dedit toti inſulæ: *Dum ſequeris Clytium, infelix, nova gaudia Cydon*: Infames enim fuerunt jamdudum ob puerorum amores.

5 Deditionis literas ac tabulam, aut per Legatos ad Pompeium miſſos, ſuam profitebantur deditionem.

6 Clarus & inſignis in aliena provincia, non ſua.

cuit:

cuit : victiſq; Laſthene, & Panare Cydonæ Ducibus, victor redit. Nec quicquam amplius tamen de tam famoſa victoria, quàm cognomen Creticum reportavit.

CAPUT VIII.

Bellum Balearicum.

QUatenus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus aſſueverat, altero ex liberis ejus Cretico facto, mora non fuit, quin alter quoque Balearicus vocaretur. 3 Baleares per idem tempus inſulæ piratica rabie corruperant maria. Homines feros atque ſilveſtres mireris auſos à ſcopulis ſuis ſaltem maria proſpicere. Aſcendere etiam inconditas rates, & prænavigantes ſubinde inopinatu impetu terruêre. Sed quum veni-

3 Baleares inſulæ, hodie *Majorque & Minorque.* Ita dicti incolæ ἀπὸ τοῦ βάλλειν à jaculando, propterea quòd fundæ jaculatione peritiſſimi ſint habiti: Hinc Virg. l. 1. Georg. *Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.* & Claud. de 3. Conſ. Honorii *glandes Baleari ſpargere funda.* In hiſce Inſulis tantus olim fuit cuniculorum proventus, ut in eos præſidium militare ab Auguſto petere fuerint coacti.

entem ab alto Romanam claſſem proſpexiſſent, prædam putantes, auſi etiam occurrere: &primo impetu ingenti lapidum ſaxorumque nimbo claſſem operuerunt. Tribus quiſque fundis præliatur. Certos eſſe quis miretur ictus, quum hæc ſola genti arma ſint; id unum ab infantia ſtudium ? 4 cibum puer à matre non accipit, niſi quem, ipſa monſtrante 5 percuſſit. Sed non diu lapidatione terruêre Romanos. Poſtquam cominus ventum eſt, expertique roſtra, & pila venientia, pecudum in morem, 6 clamore ſublato, petierunt fuga littora: dilapſique in proximos 2 tumulos, quærendi fuerunt, ut vincerentur.

4 Hoc idem Lycophron teſtatur.
5 Fundæ ictu dejecit aut attigit.
6 Clamore ac boatu, id eſt, cùm clamaſſent.
7 Colliculos, eò enim confugerant, ut ſuorum cuniculorum more ſub foveis latitarent.

CAPUT IX.

Expeditio in Cypron.

ADerat fatum inſularum: igitur & CYPROS recepta ſine bello. 3 Inſulam veteribus divitijs abundantem, & ob hoc 4 Veneri ſacram, Ptolomæus regebat. Sed divitiarum tanta erat fama, nec falsò, ut victor gentium Populus, & donare regna conſuetus, Publio Clodio Tribuno duce, ſocii, vivique Regis 5 confiſcationem mandaverit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit. Cæterum Porcius Cato Cyprias opes 6 Liburnis per Tyberi-

3 Tantæ fuit fertilitatis, ut & *Macaria*, id eſt, beata diceretur & à Græcis ἀρχαιόπλουτος & παλαιόπλουτος nuncuparetur.

4 Unde & Cypria appellata fuit Venus: Sic apud Horat. *Sic te diva potens Cypri* &c. l. 1. Car. Sed non ob ſolam fertilitatem Veneri ſacra fuit hæc inſula: verùm ob turpem morem Cypriorum, quibus mos fuit Virgines ſuas ante nuptias proſtituere, ut dotalem pecuniam quærerent.

5 In fiſcum & publicum ærarium Regis divitias redigere, juſſit Senatus.

6 Liburnis, naves miræ celeritatis, licèt humiliores cæteris, à gente Liburnorum ſic dictis: Horat. Epod. 1. *Ibis Liburnis inter alta navium* &c.

num oſtium invexit. Quæ res latius 7 ærarium populi Romani quàm ullus triumphus implevit.

CAPUT X.

Bellum Gallicum.

ASia Pompeii manibus ſubacta; reliqua, quæ reſtabant in Europa, fortuna in Cæſarem tranſtulit. Reſtabant autem 8 immaniſſimi gentium GALLI, atque GERMANI. Et quamvis toto 9 orbe diviſa, tamen qui vinceret, habuit BRITANNIA. Primus Galliæ motus ab HELVETIIS cœpit: qui Rhodanum inter & Renum ſiti, non ſufficientibus terris, venêre 10 ſedes

7 Septem millia talentorum in ærarium fuerunt apportata.

8 Immaniſſimi hîc vocantur tùm propter crudelitatem. Sic apud Virg. 1. *Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes*, tum quoque reſpectu proceritatis, ſic apud eundem, *Poſuitque immania templa.*

9 Claud. toto orbe diviſa Britannia. Idem apud Virg. Ecl. 1. & Horat. lib. 1. Od. 35. Ultimos Britannos eos vocat.

10 Cæſar de bel. gal. lib.1. *Oppida ſua omnia & reliqua privata ædificia incendunt, ut domum reditionis ſpe ſublatâ, paratiora ad omnia pericula ſubeunda eſſent.*

petitum, incenſis mœnibus ſuis, hoc ſacramentum fuit, ne redirent. Sed petito tempore ad deliberandum, quum inter moras Cæſar Rodani ponte reſciſſo, 2 abſtuliſſet fugam, ſtatim bellicoſiſſimam gentem ſic in ſedes ſuas, quaſi greges in ſtabula paſtor deduxit. Sequens longeque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium. Hic quum multa Romanorum militum 3 inſignia, tum illud egregium ipſius ducis: quod nutante 4 in fugam exercitu, rapto fugientis è manu ſcuto, in primam volitans aciem, manu prælium reſtituit. Inde cum Venetis etiam navale bellum: ſed major cum Oceano, quàm cum ipſis navibus rixa, quippe illæ rudes, & informes, & ſtatim naufragæ, quum roſtra ſenſiſſent, 5 ſed hærebat in vadis pugna,

2 Impediiſſet, omnemque fugæ modum & omnem ſpem præcidiſſet.

3 Inſignia ſub. facta ac præclara facinora.

4 Inclinante ad fugam exercitu Cæſar prælium reſtituit hoc pacto quo narrat Florus: Hoc Cæſari familiare fuit ut videre eſt apud Val. Max. Suet. & infrà.

5 Propter vada non poterant concurrere.

quum æſtibus ſolitis cum ipſo certamine ſubductus Oceanus 6 intercedere bello videretur. Illæ quoque acceſſère diverſitates pro gentium locorumque natura. 7 AQVITANI callidum genus in ſpeluncas ſe recipiebant: juſſit includi. 8 MORINI, dilabebantur in ſilvas: juſſit incendi. Nemo tantum feroces dixerit Gallos: fraudibus agunt. 9 Induciomarus Treviros, Ambiorix convocavit 10 Eburones. Utrique abſente Cæſare conjuratione facta invenêre legatos. Sed ille fortiter à Dolabella ſummotus eſt, relatumque Regis caput, hic inſidiis in valle diſpoſitis, dolo perculit. Itaque & caſtra

6 Suſpendere pugnam vel impedire: Sic Ter. in Andria, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit, id eſt, impediverit.

7 Aquitania generale nomen varios populos complectens: Sed hìc loci ea intelligitur quæ peculiari nomine Novempopulonia dicta eſt, cujus caput fuit Auguſta Anſciorum: hodie *Vaſconia:* ſi fides Ortelio.

8 Morini populi Belgis vicini ad Oceanum ſiti quorum caput fuit Tervana.

9 Trevirenſis tractus ac urbis ejuſdem nominis incolas intelligit.

10 Eburones aliter Aulerci Leodienſis ager; *Païs de Liege.*

I direpta

direpta ſunt, & aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amiſimus. Nec ulla de rege mox ultio. Quippe perpetua trans Renum fuga latuit. Nec Renus ergo immunis, nec enim fas erat, ut liber eſſet 1 receptator hoſtium, atque defenſor. Sed prima contra Germanos, illius pugna, juſtiſſimis quidem ex cauſis. 2 Sequani enim de incurſionibus eorum querebantur. Quæ Arioviſti ſuperbia? Quum legati dicerent, Veni ad Cæſarem: Quis eſt autem Cæſar? &, Si vult, veniat, inquit: & ; Quid ad illum, quid agat noſtra Germania? num ego me interpono Romanis? Itaque tantus gentis novæ terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim & 3 in principijs ſcriberentur. Sed

1 Receptator dicitur & receptor, qui vel ipſos fures vel ipſorum furta occultant: *Peſſimum*, inquit Met. Juriſconſultus, *receptatorum genus ſine quibus nemo diu latere poteſt.*

2 Sequani Burgundiæ pars ea quam vulgò vocant *La Franche Conté:* cujus caput Viſontio olim fuit.

3 Principia in militia tum Romana tum Macedonica, erant locus caſtrorum princeps & ſacer, quia in iis Aquilæ & ſigna, id eſt, dii militares in iis aut juxta ea, tribuni, præfecti. Plut. in Galba, c. 17. ἀρχαῖα πριγκίπια ῥωμαῖοι καλοῦσι: Sidon. Apoll. ea vocat initia · vide notas noſtras in Eraſmi Colloq.

illa

illa immania corpora, quò erant majora, eò magis gladijs, ferroque patuerunt. Qui calor in prœliando militum fuerit, nullo magis exprimi poteſt, quàm quod elatis ſuper caput ſcutis, quum ſe veluti 4 teſtudine barbarus tegeret, ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierunt: & inde in jugulos gladijs deſcendebant. Iterum de Germanis 5 TENCTERI querebantur. Hic verò jam Cæſar ultra Moſulam navali ponte tranſgreditur, ipſumque Renum: & Hercynijs hoſtem quærit in ſilvis: ſed in ſaltus, & paludes genus omne diffugerat. Tantum pavoris incuſſit intra ripam ſubitò Romana vis. Nec ſemel Renus, ſed iterum quoque, & quidem ponte facto, penetratus eſt. Sed major aliquanto trepidatio: quippe quum Renum ſuum ſic ponte quaſi jugo captum viderent, fuga rurſus in ſiluas ac paludes: &, quod acerbiſſimum Cæſari fuit, non fuère qui vincerentur.

4 Teſtudo congregata eſt militum multitudo ſcutis conſertis tecta συνασπισμὸς. Liv. *Galli teſtudine facta conferti ſtabant*: Propriè teſtudo animal eſt illud tardigradum quod *tortue* Gallis dicitur.

5 Germanicæ illius regionis incolæ quę ad Rhenum, Luppiam ſita eſt, Hodie Haſſi, & quidem ex *Franconibus*.

Omnibus terra mariq́ue captis, reſpexit Oceanum: & quaſi hic Romanis orbis non ſufficeret, alterum cogitavit. Claſſe igitur comparata, 1 BRITANNIAM tranſit, mira celeritate: quippe 2 quum tertia vigilia Morino ſolviſſet à portu, minus quàm medio die inſulam ingreſſus eſt. Plena erant tumultu hoſtico littora; & trepidantia ad conſpectum rei novæ carpenta volitabant. Itaque trepidatio pro victoria fuit, Arma, & obſides accepit à trepidis: & ulterius iiſſet, niſi 3 improbam claſſem naufragio caſtigaſſet Oceanus. Reverſus igitur in Galliam, claſſe majore, auctiſque admodum copiis, in eundem rurſus Oceanum, eoſdem-

1 Angliam hodie vocamus, Inſularum omnium quæ Europæ adjacent maxima; Unde & orbem alterum quidam ex poëtis, appellarunt.

2 Circiter primam diei horam: hoc enim explicat Cæſar, nam cum l. 2. de bel. civ. dixiſſet tertia vigilia; mox non multum poſt addit *media nocte*: Vigilias enim militares in quaterna horarum ſpatia dividebant: ita ut prima, ſecunda, tertia & quarta dicebatur.

3 Improbam, impudentem ac audacem nimis; Improbus enim frequenter eo ſignificatu uſurpatur. Sic ſpes improba apud Juſtin.

que

que rurſus Britannos, 4 Calidonias ſequutus in ſilvas, unum quoque è regibus Cavelanis in vincula dedit. Contentus his (non enim provinciæ, ſed nomini ſtudebatur) cum majore quàm prius; præda revectus eſt, ipſo quoque Oceano tranquillo magis, & propitio, quaſi imparem ſe fateretur. Sed maxima omnium eademque noviſſima conjuratio fuit Galliarum: quum omnes pariter 5 Arvernos atque Biturigas, Carnutas ſimul, Sequanoſque contraxit. Ille corpore, armis, ſpirituque terribilis, nomine etiam quaſi terrore compoſito, Vercingentorix: ille feſtis diebus, & 6 comitialibus, quum frequentiſſimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad jus priſtinum libertatis erexit. Aberat tunc Cæſar, Ravennæ 7 delectum agens: & hieme 8 creverant Alpes.

4 Scotiam uſque fugaces Britannos ſequutus eſt.

5 *L'Auvergne, le Berry, le Pays Chartrain.*

6 Comitiales dies ubi populi comitia, vel ut alii volunt, concilia habentur.

7 Delectum celebrans, milites enim deligere ſolebant Romani: Et illud eſt quod vulgò Electionem vocamus: Homines autem quibus fiebat delectus conquiſitores vocabantur.

8 Nivibus ac glacie opertis ut ſuprà c. 3. l. 3.

Sic interclusum putabant iter. Sed ille qualis erat ; ad nuncium rei feliciſſimæ temeritatis ? per invios ad id tempus montium tumulos , per 4 intactas vias, & nives, expedita manu 5 emenſus , occupat Galliam. Ex diſtantibus hibernis caſtra contraxit. Et ante in media Gallia fuit , quàm ab ultima timeretur. Tum ipſa capita belli aggreſſus, urbes, 6 AVARICVM cum quadraginta millibus propugnantium ſuſtulit, ALEXIAM ducentorum quinquaginta millium, juventute ſubnixam flammis adæquavit. Circa 8 GERGOVIAM Arvernorum, tota belli moles fuit, quippe quum octoginta millia muro, & arce, & abruptis defen-

4 Incognitas ac ad Cæſarem uſque inuſitatas.

5 Alii legunt emerſus: ſed ſatius eſt legere emenſus: Emetiri enim viam eleganter dicitur pro iter conficere, ſic Gell. emetiri iter pedibus: Et apud Virg. Georg. lib. 1. *Emenſo cùm jam decedet Olympo.*

6 *Bourges:* Biturigum caput.

7 Alexia. Hanc quidam putant eſſe *L'Aſſois en Bourgogne:* Paradinus verò dicit, ejus hodie nihil extare præter nominis umbram, *Aliza:* cui ſubſcribit Vigenereus. Vide Ortel.

8 Gergovia Arvernorum Urbs. Vulgò *Clermont:* vel ſaltem propè illam civitatem , ſita fuit , ubi adhuc quædam rudera extare referunt.

derent,

derent, maximam civitatem, vallo, ſudibus, & foſſa, inductoque foſſæ flumine, ad hoc decem & octo caſtellis, ingentique quaſi lorica circumdatam, primum fame domuit: mox audentem eruptiones, in vallo, gladiis, ſudibuſque concidit: noviſſimè in deditionem redegit, Ipſe ille rex, maximum victoriæ decus, ſupplex quum in caſtra veniſſet, tum & phaleras, & ſua arma ante Cæſaris genua projecit: Habes, inquit, fortem virum, vir fortiſſime, viciſti.

CAPUT XI.

Bellum Parthicum.

DUm Gallos per Cæſarem in Septentrione debellat, interim ad Orientem grave vulnus à Parthis Populus Romanus accepit. Nec de fortuna queri poſſumus, caret ſolatio clades. 1 Adverſa & Diis, & hominibus, cupiditas conſulis Craſſi, dum Parthico 2 inhiat auro, undecim ſtrage

1 Alii legunt adverſis quod magis quadrat.

2 Vehementer appetebat: Sic Plaut. Aul. *Inhiat aurum, ut devoret:* hinc inhiatio, ſumma aviditas.

legionum, & ipſius capite multata eſt: & Tribunus plebis Metellus, 3 exeuntem ducem hoſtilibus diris devoverat: & quum 4 Zeugma tranſiſſet exercitus, rapta ſubitis ſigna 5 turbinibus hauſit Euphrates: & quum apud Nicephorum caſtra poſuiſſet, miſſi ab Orode Rege legati denunciavêre, percuſſorum cum Pompeio 6 fœderum, Syllaque, meminiſſet. Regiis inhians ille theſauris: nihil, ne imaginario quidem jure, ſed 7 Seleuciæ ſe reſponſurum eſſe reſpondit. Itaque dii fœderum ultores nec

3 Craſſo duci imprecatus eſt.

4 Zeugma Rhetoribus figura eſt dictionis quum plures ſenſus uno connectuntur verbo: Vox græca ζεῦγμα, connexio. Hìc verò eſt nomen Urbis ad Euphratem fluvium ſitæ, ſic dictæ quòd Alexander Magnus, ponte catênis juncto ſuum exercitum tranſportaverit.

5 Procellis repentinè ortis vexilla celeriter ablata ac in fluvium dejecta: Turbo autem ſignificat quoque turbatorem ac everſorem Sic Cicero dixit; *Tu procella patriæ, turbo ac tempeſtas pacis ac otii.* Inde Virg. *Turbatam Palladem vocat*, id eſt, ad arma concitatam.

6 Sic Sen. trag. *Jus ille & icti fœderis teſtes Deos invocat.*

7 Syriæ oppidum.

inſidiis,

inſidiis, nec virtuti hoſtium defuerunt. Jam primum, qui ſolus & ſubvehere commeatus, & mùnire poterat, à tergo relictus Euphrates, tum ſimulato transfugæ cuidam Mezereæ Syro creditur dum in mediam camporum vaſtitatem eodem Duce ductus exercitus, undique hoſti exponeretur. Itaque vixdum venerat 8 Carras, quum undique Præfecti Regis Syllaces, & Surenas oſtendere ſigna auro, ſericeiſque vexillis vibrantia. Tum ſine mora circumfuſi undique equitatus, in modum grandinis atque nimborum denſa pariter tela fuderunt. Sic miſerabili ſtrage deletus exercitus. Ipſe in colloquium 9 ſolicitatus, ſigno dato, vivus in hoſtium manus incidiſſet, niſi tribunis reluctantibus, fugam ducis 10 Barbari ferro occupaſſent. Sic quoque relatum caput ludibrio hoſti fuit. Filium Ducis pene in conſpectu patris eiſdem telis operuêre. Reliquiæ infelicis exercitus, quò quemque

8 Carræ, Urbs Meſopotamiæ à Carra flumine ſic dicta, Craſſi cæde inclyta.

9 A Parthorum Ducibus, tanquam de pace acturis.

10 Parthæ ipſum Craſſum ferro interfeciſſent.

rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtractæ, vix nuncium cladis retulerunt. Caput ejus reciſum cum dextra manu, ad Regem reportatum, ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum in 3 rictum oris infuſum eſt: ut cujus animus arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum, & exangue corpus auro 4 ureretur.

CAPUT XII.

Anacephalæoſis.

HÆc eſt illa tertia ætas populi Romani transſmarina, qua Italia progredi auſus, Orbe toto arma circumtulit. Cujus ætatis ſuperiores centum anni; ſancti, pii, & ut diximus, aurei, ſine flagitio, ſine ſcelere, dum ſincera adhuc & innoxia paſtoriæ illius

3 In os diductum & apertum, hinc diducere rictum, id eſt, os aperire. Sic Juv. Sat. 10. *Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum*: Rictus enim eſt oris diſtentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus.

4 Alii legunt uteretur.

ſectæ

ſectæ integritas, dumque 5 Pœnorum hoſtium imminens metus diſciplinam veterem continebat. Poſtremi centum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantiæque excidiis, & Attali Regis Aſiatica hæreditate deduximus in Cæſarem & Pompeium, ſequutumq; hos, de quo dicemus, Auguſtum, 6 ut, claritate rerum bellicarum magnifici, ita domeſticis cladibus miſeri, & erubeſcendi. Quippe ſicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas, validiſſimaſque provincias, Armenios etiam, & Britannos, ut non in uſum, ita ad imperii ſpeciem magna nomina acquiſiiſſe, pulchrum atque decorum: ita eodem tempore dimicaſſe domi cum civibus, ſociis, mancipiis,

5 Cartaginenſium metus: Unde Florus dixit ſup. l. 2. c. 15. Scipionem ſervandam eſſe Cartaginem ſenſiſſe, ne ablato metu urbis æmulæ, luxuriari urbis felicitas inciperet: Unde Juv. ſ. 6. *Nec vitiis contingi parva ſinebant Tecta labor, ſomniq; breves, & vellere Tuſco vexatæ, duræque manus ac proximus Urbi Hannibal.* Et Vell. l. 2. remoto Cartaginis metu ſublataque æmula non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum.

6 Celebritate rerum geſtarum.

gladiatoribus, totoque inter ſe Senatu, turpe atque miſerandum. Ac neſcio an ſatius fuerit Pop. Rom. Sicilia & Africa contento fuiſſe, aut his etiam ipſis carere domināti in
1 Italia ſua, quam eò magnitudinis creſcere
2 ut viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores civiles peperit, quàm nimia fœlicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Aſiatica, 3 Pergameni Regis hæreditas. Illæ opes atque DIVITIÆ afflixêre ſæculi mores: merſamque vitiis ſuis quaſi 4 ſentina, Rempublicam peſſum dedêre. Vnde enim populus Romanus à tribunis a-

1 Unde Claud. de bel. Gild. *Felicior eſſem anguſtis opibus:* Et paulò pòſt. *Utinam remeare liceret ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci, ſufficerent Etruſcæ mihi, Campanaque culta,* &c.

2 Deſtrueretur, & ut dixit idem Poëta, *Ipſa nocet moles:* propriis enim viribus & proprio pondere obruta eſt Roma. *Nimioque graves ſub pondere lapſus, nec ſe Roma ferens.* Luc. l. 1.

3 Attali qui Populum Rom. hæredem regni ſui nuncupavit, de quo ſuprà.

4 Sentina pars navis inferior, in quam omnes ſordes confluunt: *Durum eſt conſcendere navim, tum ſentina gravis.* Juv. ſ. 6. Sentino verbum inde deductum ſignificat periculum evito apud Feſtum.

gros,

gros, & cibaria flagitaret, niſi per famem, quam 5 luxus fecerat? Hinc ergo Gracchana & prima & ſecunda, & illa tertia Apuleiana ſeditio. 6 Vnde regnare judiciariis legibus juſſus à Senatu eques, niſi ex avaritia, ut vectigalia Reipublicæ, atque ipſa judicia in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & promiſſa 7 civitas Latio, & per hoc arma ſociorum. Quid autem bella ſervilia? unde nobis, niſi ex abundantia familiarum? Vnde gladiatorii adverſus dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum plebis favorem effuſa largitio, quum ſpectaculis indulget, ſupplicia quondam hoſtium 8 artem facit? Iam ut ſpecioſiora vitia tangamus, nonne 9 AMBITVS HONORVM ab iiſdem divitiis

5 In aliis codicibus luxu, in ablativo legitur, ſed ſenſus idem eſt.

6 Unde primas teneret & dominaretur.

7 Civitas, hic jus civitatis ſignificat: hinc uſurpare civitatem, idem eſt quod, ac ſe pro cive agere. Suet. in Claud.

8 Nomen artis & auctoritatem dedit, cùm antea ſoli ſontes ſupplicii ac pœnæ loco, illis certaminibus ac pugnis exponerentur. Cic. Tuſc. Quæſt. 2. 17.

9 Ambitus honorum, id eſt, illegitima ac illicita Magiſtratus ac honorum Reip. affectatio: cùm pecunia lenociniis aliiſque artibus honores prenſabant.

incita-

incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana tempeſtas. Aut magnificus apparatus conviviorum, & ſumptuoſa largitio, nonne ab opulentia 3 paritura mox egeſtatem? Hæc Catilinam patriæ ſuæ impegit. Denique illa ipſa principatus, & dominandi cupido, unde, niſi ex nimijs opibus venit? Atqui hæc Cæſarem, atque Pompeium, furialibus in exitium Reipublicæ facibus armavit. Hos igitur Populi Romani omnes domeſticos motus ſeparatos ab externis, juſtisque bellis, ex ordine proſequemur.

CAPUT XIII.

Seditioſitas Tribuniciæ Poteſtatis.

SEditionum omnium cauſas 4 TRIBVNICIA POTESTAS excitavit: quæ ſpecie quidem plebis tuendæ, cujus in au-

3 Unde Claudianus: *Et luxus populator opum, quem ſemper adhærens infelix humili greſſu comitatur egeſtas.* Claud. in Ruf. l. 1.

4 Tribuni nomen & munus pęne ipſi urbi æquale fuit, ita dicti à tribubus, vel quòd earum ſuffragiis crearentur, vel quòd iis præeſſent: de ipſorum muneribus variiſque nominibus additis: vide Lipſ. de Rom. Mag.

xilium

xilium comparata eſt, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi, ac favorem 5 agrarijs, frumentarijs, judiciarijs legibus, aucupabatur. Inerat omnibus ſpecies æquitatis. Quid enim tam juſtum, quàm recipere plebem jus ſuum à patribus ? ne Populus gentium victor orbiſque poſſeſſor, extorris aris ac focis 6 ageret. Quid tam æquum, quàm inopem populum vivere ex ærario ſuo ? Quid ad jus libertatis æquandæ magis efficax, quàm ut ſenatu regente provincias, ordinis equeſtris auctoritas ſaltem judiciorum 7 regno niteretur ? Sed hæc ipſa in perniciem redibant ; & miſera Reſpublica, in 8 exitium ſuum merces erat. Nam & à Senatu in equitem tranſla-

5 De agrariis ſuprà diximus : frumentariæ leges eę erant quæ cuique ex plebeiis frumentum dandum eſſe ſanciebant ut poſſent ſine labore vivere. Vocabant illam frumenti diſtributionem, frumentationem quas Auguſtus in perpetuum abolendas eſſe cenſuit : Suet. in Aug.

6 Tanquam exul extra patriam urbem vitam ageret : Extorris autem dicitur quaſi extra terram.

7 Id eſt, ipſi quoque fas eſſet judicia exercere & aliqua dominatione ac authoritate fulciri.

8 Pretium, Res publica enim præmium erat harum legum.

ta judiciorum poteſtas, vectigalia, id eſt imperij patrimonium, 3 ſupprimebat; & emptio frumenti, ipſos Reipublicæ nervos exhauriebat ærarium. Reduci plebs in agros unde poterat ſine poſſidentium everſione, qui ipſi pars populi erant? & tamen relictas ſibi à majoribus ſedes, 4 ætate, quaſi jure hæreditario poſſidebant.

CAPUT XIV.

Seditio Tiberii Gracchi.

PRimam certaminum facem 5 Tiberius Gracchus accendit, 6 genere, forma, e-

3 Intercipiebat: aliàs ſupprimere pecuniam apud Cicer. eſt occultare & diſſimulare ſe habere, vel dolo malo retinere: Sic pro Cluent. *Quæ cùm accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit.*

4 Longo tempore, ac jure poſſeſſionis antiquæ.

5 Quoniam Gracchi plurium ut videbis ſeditionum vel Authores, vel occaſio fuerunt: Ideo Satyricus clamat. *Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes.*

6 Nati enim ſunt Tiber. & Cajus Gracchi fratres, patre Tib. Sempr. Graccho, qui bis Conſul fuit, biſque triumphavit: Matre Cornelia, fœmina, forma ac pudicitia inſignis, P. Cornel. Scipionis, qui Annibalem debellavit filia.

loquentia

loquentia facilè princeps. Sed hic, ſive Mancinianæ deditionis, quia ſponſor fœderis fuerat, contagium timens, & inde 7 popularis: ſiue æquo, & bono ductus, quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt, ne Populus gentium victor, orbisque poſſeſſor, laribus ac focis ſuis exularet. Quacumque mente, rem auſus ingentem, poſtquam 3 rogationis dies aderat, ingenti ſtipatus agmine 4 Roſtra conſcendit; nec deerat obvia manu, tota inde nobilitas, & tribuni in partibus. Sed ubi intercedentem legibus ſuis Cnæum Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus poteſtatis, injecta manu, depulit Roſtris: adeoque præſenti metu exterruit, ut

7 Popularis, plebi nimium favens: aliàs popularis ſignificat vilem, abjectum: Sic Cato vulgarem ac ſordidum ſalem popularem vocat.

8 Legis ſanciendæ & confirmandæ: Rogatio enim eſt propriè lex nondum à populo juſſa ac approbata: Legis rogatio autem ita dicitur, quòd Magiſtratus populum ſolebat rogare an id placeret: hinc derogare legi, abrogare legem dicimus. Rogationis autem hæc erant verba ſolemnia. *Velitisne, jubeatiſne*, Quirites, *ut hoc vel illud fiat.*

9 Roſtra quid fuerint vide ſuprà.

abdicare

abdicare ſe magiſtratu cogeretur. Sic 1 triumviratus creatus dividendis agris. Cùm ad perpetranda cœpta, die 2 comitiorum prorogari ſibi vellet 3 imperium, obvia nobilium manu, eorumque, quos 4 agris moverat, cædes à foro cœpit. Inde quum in Capitolium profugiſſet, plebemque ad defenſionem ſalutis ſuæ manu caput tangens, hortaretur, præbuit ſpeciem Regnum ſibi, & 5 diadema poſcentis: atque ita duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi jure oppreſſus eſt.

1 Triumviros qui agros plebi lege ſuâ dividerent, quique quotannis crearentur.

2 Die quâ populus conveniebat ad Magiſtratus creandos vel leges ferendas: Varia autem fuerunt comitia de quibus vide A.Gell. c. 27. l. 15.

3 Tribunatum prorogatum vellet.

4 Quos ejecerat & ex agris depulerat.

5 Inſigne regiæ dignitatis: Vox græca à Διαδέω revincio: Faſcia quædam fuit quâ caput circumligabatur.

CAPUT

CAPUT XV.

Seditio Caji Gracchi.

STatim & mortis, & legum fratris ſui 6 vindex nõ minore impetu incaluit Cajus Gracchus, qui cum pari tumultu atq; terrore plebem in avitos agros arceſſeret: & recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur: Jamque nimius & potens altero tribunatu, 7 ſecunda plebe volitaret: Abrogare auſo legibus ſuis Minucio tribuno, fretus comitum manu, fatale familiæ ſuæ Capitolium invaſit. Inde proximorum cæde 8 pulſus, quum ſe in Aventinum recepiſſet, inde quoque obvia ſenatus manu, ab Opimio Conſule oppreſſus eſt. 9 In-

6 Ultor ſive aſſertor. Sed hìc propriè pro ultore injuriæ ac mortis fratri ſuo illatæ, ſumitur.

7 Favente plebe.

8 Ex capitolio quò ſe receperat expulſus.

9 Contumelioſius in ipſius cadaver actum fuit, vel factis vel dictis: Sic Ovid. *Nec mihi credibile eſt quemquam inſultare jacenti*: Aliàs inſultare idem eſt quod Græcis eſt ἐντρυφᾶν ludibrio & contemptui habere: Inſultare verò capitibus omnium apud Sueton. in Cæſ. 22. de fœda venere intelligi oſtendunt Lipſ. not. 49. ad Tacit. 13. Ann. & Muret. obſer. juris cap. 7.

ſultatum

ſultatum quoque mortis reliquijs: & illud ſacroſanctum caput Tribuni plebis * percuſſoribus auro penſatum eſt.

CAPUT XVI.

Seditio Appuleiana.

NIhilominus 1 Appulejus Saturninus Gracchanas aſſerere leges non deſtitit. 2 Tantum animorum viro Marius dabat. Qui nobilitati ſemper inimicus, Conſulatu ſuo præterea confiſus, occiſo palam comitijs Annio competitore Tribunatus, ſubrogare conatus eſt in ejus locum Cajum Gracchum, hominem ſine tribu, ſine 3 no-

* Promulgatum enim fuerat quòd ſi quis C. Gracchi caput adferret quòd æquale auri pondus ipſi de publico rependeretur.

1 Defendere ac inſtaurare leges à Gracchis latas conatus eſt.

2 Temeritatem ac audaciam: Animus enim ſæpe pro fortitudine ac animi alacritate. Sic apud Virg. *Nunc opus eſt animis Æneas & pectore firmo:* Hinc adagium animus heptoboeus, Θυμὸς ἑπταβόειος de forti animo dictum.

3 Sine exiſtimatione, ac gloria, Sic Virg. dixit, *Avulſumque hominis caput, & ſine nomine corpus,* Et iterum, *Et nos aliquod nomen decuſque geſſimus.*

mine:

mine: Sed 4 ſubdito titulo, in familiam ipſe ſe adoptabat. Cùm tot, tantiſque ludibriis exultaret impunè, 5 rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatum quoque cogeret, in verba ſua jurare; quum abnuentibus, 6 aqua, & igne interdicturum ſe minaretur. Unus tamen extitit, qui mallet exilium. Igitur poſt Metelli fugam omni nobilitate perculſa, quum jam tertium annum dominaretur, eò veſaniæ progreſſus eſt, ut Conſularia quoque comitia nova cede turbaret. Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam, Conſulem faceret, Cajum Memmium Competitorem interfici juſſit: & in eo tumultu Regem ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum lætus accepit.

4 Subditus hic ſuppoſitum ſignificat: Sic Juriſconſulti ſubditum teſtamentum vocant illud quod (vero occultato) apponitur: & ſubditus partus is dicitur ubi verus ac genuinus à matre quæ peperit tollitur, ac alius apponitur ὑποβεβλημένον.

5 Populum rogabat in Gracchanas leges reciperent ac approbarent.

6 Exilium ipſis minabatur: ſi quidam qui aquæ & ignis uſu privantur, ſolum vertere coguntur.

Tum

Tum verò jam * conſpiratione Senatus, ipſo quoque jam Mario Conſule, quia tueri non poterat, adverſo; directæ in foro acies, expulſus inde, in Capitolium invaſit. Sed quum † abruptis fiſtulis obſideretur, Senatuique per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce degreſſus cum ducibus factionis receptus in curiam eſt. Ibi eum, facta irruptione, § populus fuſtibus, ſaxiſque coopertum in ipſa quoque morte laceravit.

CAPUT XVII.

Druſiana Seditio.

POſtremò Livius Druſus non tribunatus modò viribus, ſed ipſius etiam Senatus

* Conſpiratione Senatus, id eſt, conſenſu ac conjunctione: ſic dixit Cic. l. 2. de offic. magnas utilitates adipiſcimur, conſpiratione hominum atque conſenſu.

† Fractis vel amotis aquæductubus: ſic apud Cic. pro Rab. Marius filtulas quibus aqua ſuppeditabatur Jovis O. M. tenrplis præcidi imperat.

§ Illuſtre populi levitatis ac inconſtantiæ exemplum, obruunt lapidibus quem mox Regem appellaverant ; quod veritatem proverbii hujus probat. Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.

aucto-

auctoritate, totiuſque Italiæ conſenſu, eaſdem leges aſſerere conatus, dum aliud 2 captat ex alio, tantum conflavit incendium, ut 3 nec prima illius flamma poſſet ſuſtineri; & ſubita morte correptus, 4 hæreditarium in poſteros ſuos bellum propagaret. Judiciaria lege Caji Gracchi diviſerant populum Romanum, & bicipitem ex una fecerant civitatem equites Romani; tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata fortunaſque Patrum, vitaſque Principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, 5 popularentur ſuo jure Rempublicam. Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilij debilitatus, omne decus majeſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum pares opibus, animis, dignitate, (un-

2 Captat, petit, ac quaſi viritim cives Romanos ad ſuas ſolicitat partes.

3 Alii legunt ne illa prima flamma potuerit ſuſtineri.

4 Vocat hæreditarium quia ipſo vivente, incœptum tranſmiſit morte ſua ad poſteros illud bellum: poſt ejus mortem enim viguit.

5 Salmaſius putat legendum eſſe peculabantur, & certè melius: peculari autem eſt furari quæ ad Principem vel Rempublicam pertinent: hinc crimen peculatus dicitur, furtum fiſci, aut pecuniæ publicæ.

de

de & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat) equitem Servilius Cæpio, Senatum Livius Druſus aſſerere, ſigna, & aquilæ & vexilla aderant. Ceterum ſic urbe in una quaſi in binis Caſtris diſſidebatur. Prior Cæpio in Senatum impetu facto, reos * ambitus Scaurum, & Philippum principes nobilitatis † elegit. His motibus ut reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legibus, eiſdem ſocios ad plebem ſpe civitatis 1 erexit. Extat vox ipſius. Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum. Aderat promulgandi dies, quum ſubitò tanta vis hominum undique apparuit, ut hoſtium adventu obſeſſa civitas videretur. Auſus tamen 2 obrogare de legibus Conſul Philippus: ſed apprehenſum

* Ambitus reus quid fuerit pete ex notis cap. 12.

† Alii delegit, dejecit.

1 Quidam legunt traxit: ſibi enim conciliavit plebem ſpe ipſam jure civitatis donandi, ac in ſuas partes vocavit.

2 Obrogare legem is dicitur qui aliquid ex prima lege immutat teſte Ulp. inſtit. l. 1. Is enim intercesſit & ſe ſe oppoſuit rogationi harum legum ne fieret.

faucibus

faucibus 3 viator non ante dimiſit, quàm ſanguis in ora, & oculos redundaret. Sic per vim latæ, juſſæque leges: ſed pretium rogationis ſtatim ſocij flagitavêre, quum interim imparem Druſum, ægrumque rerum temerè motarum, matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit, nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi à populo Romano repoſcere armis deſierunt.

3 Viator publicus miniſter erat qui ex agris Senatores in curiam accerſebat: Illis temporibus in agris proceres morabantur, & quum conſilium publicum deſiderabatur, à villis accerſebantur ad Senatum, ex quo qui eos accerſebant Viatores nominati ſunt: Colum. in præf. l. 15. De collegio viatorum erant Lictores, hinc A. Gell. c. 12. l. 13. Viator vocat, Lictor prehendit.

CAPUT XVIII.

Bellum Sociale.

4 SOciale bellum vocetur licet; ut extenuemus invidiam: ſi verum tamen volumus, illud civile bellum fuit, quippe quum populus Romanus Etruſcos, Latinos, Sabinosque miſcuerit, & unum ex omnibus ſanguinem ducat, corpus fecit ex membris, & ex omnibus unus eſt. Nec minore flagitio ſocii intra Italiam, quam intra urbem cives 5 rebellabant. Itaque quum 6 Tuſciæ civitates, quas viribus auxerant ſocii, juſtiſſimè poſtularent, ad quam

4 Bellum ſociale quod adverſus ſocios geſtum eſt: ut hoc loco; aliàs poteſt ſignificare, illud quod pro ſociis geritur: ſocialis enim propriè ſignificat quod eſt ſociorum. Hinc Anni ſociales apud Ovid. *Livia ſic tecum ſociales impleat annos.* Triſt. 2. Hinc Dii ſocii: Quid autem fuerint ſocii navales: conſtat ex Polyb. ii videlicet qui propter cenſus tenuitatem non ad terreſtria bella & legiones, ſed in claſſe, ac navali bello militabant: εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν. Vide Polyb.

5 Bellum inſtaurabant.

6 Alii melius legunt jus civitatis quam viribus auxerant ſocii.

ſpem

ſpem eos cupidine dominationis Druſus 1 erexerat, poſtquam ille domeſtico 2 ſcelere oppreſſus eſt, eadem 3 fax, quæ illum cremavit, ſocios in arma, & oppugnationem Vrbis accendit. Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius? quum omne Latium, atq; Picenum, Etruria omnis, atque Campania, poſtremò Italia contra matrem, ac parentem ſuam Urbem conſurgerent, quum omne robur fortiſſimorum, fideliſſimorumque ſociorum ſub ſuis quiſque ſignis haberent. 4 municipalia illa prodigia, Popedius Mar-

1 Excitaverat, animaverat. Sic Liv. 3. ab V. Agrarii ſe in ſpem libertatis erexerant.

2 Hic domeſticum pro civili uſurpatur.

3 Sat ſupra explicuimus facem cauſam ac unius rei principium ſignificare: hinc facem addere eſt incitare: fax aliter eſt quoque teli genus apud Gell. cap. 25. l. 10. Hinc trifax & bifax apud Feſtum. Hinc fax atra, id eſt, noxia & perverſa: *Quid face Trojanos atra vim ferre Latinis.* Æn. 10.

4 Municipales homines, vel Municipia, ſunt illi qui civitate donati fuerunt, & ſic munerum ac honorum fiunt participes: Aliàs enim municipalis ſumitur pro ignobili; Sic Municipales Equites cæteris ignobiliores, quòd eorum non tantus eſſet ſplendor, nec tantæ divitiæ, ac urbanorum. Sic Juv. Ciceronem vocat Equitem municipalem, Sat. 8 Municipes autem Jovis apud eumdem vocantur Cretenſes, quòd ex eodem loco Creta Inſula videlic. forent oriundi.

ſos, & Latinos Afranius; Umbros totus Senatus, & Conſules; Samnium Lucaniamque, Teleſinus: quum Regum, & gentium arbiter Populus, ipſum ſe regere non poſſet, ut victrix Aſiæ Europæque à Corfinio Roma peteretur. Primum fuit belli in Albano monte conſilium, ut feſto die Latinarum Julius Cæſar, & Martius Philippus Conſules, 5 intra ſacra, & aras immolarentur. Poſtquam id nefas proditione 6 diſcuſſum eſt, Aſculo furor omnis erupuit, in ipſa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab Urbe, legatis, hoc fuit impii belli ſacramentum. Inde jam paſſim ab omni parte Italiæ, duce & auctore belli diſcurſante Popedio, diverſa per populos, & urbes, ſigna cecinêre. Nec Annibalis, nec Pyrrhi fuit tanta vaſtatio. Ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Fæſulæ, ecce Carſeoli, reſeratæ Nuceria, & Picentia, 7 cædibus, ferro & igne vaſtantur. Fuſæ Rutilii copiæ, fuſæ Cæpionis. Nam ipſe Julius Cæſar exercitu amiſſo, quum in Urbem cruentus

5 Sicut victimæ mactarentur.
6 Impeditum fuit ac oppreſſum.
7 Sic reſtituit Salmaſius, Ecce Carſeoli, Reate, Nuceria.

referre-

referretur, miſerabili funere mediam etiam Urbem perviam fecit. Sed magna populi Romani fortuna, & ſemper in malis major, totis denuò viribus inſurrexit: Aggreſſique ſinguli populos; Cato diſcutit Etruſcos; Gabinius Marſos: Carbo Lucanos; Sylla Samnites. Strabo verò Pompeius omnia flammis, ferroque populatus, non prius finē cædium fecit, quàm 1 Aſculi everſione, 2 Manibus tot exercituum conſularium, direptarumque urbium, Diis litaretur.

CAPUT XIX.

Bellum Servile.

Utcunque, etſi cum ſocijs nefas, cum liberis tamen, & ingenuis dimicatum eſt. 3 Quis æquo animo ferat in principe

1 Aſculum de quo ſuprà oppidum fuit Piſeni.

2 Religioni eſſe ducebant Veteres manibus ſatisfacere hoſtium ſuorum cæde: contrarium verò manes lædere, id eſt, offendere, violare, & manes ſollicitare: *Parce precor meos ſollicitare manes.* Ovid. triſt. 3. El. 2. id eſt, inquietare: & apud Tibull. *Tu manes ne læde meos.* El. 1. l. 1.

3 Cùm ſervos vix pro hominibus haberent Romani, ideo indignè ac ægrè ferebant, ſi quando cum iis res aliqua gerenda erat; Ideo hìc indignatur Florus quòd in ſervilem exercitum pugnandum fuerit.

gentium Populo bella ſervorum? Primum SERVILE bellum inter initia Urbis Herdonio Sabino duce in ipſa Urbe tentatum eſt: quum occupata Tribunicijs ſeditionibus civitate, Capitolium obſeſſum eſt, & à Conſule captum: Sed hic tumultus magis fuit quàm bellum. Mox imperio per diverſa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius ſervili, quàm Punico bello eſſe vaſtatam? Terra frugum ferax, & 4 quodammodo ſuburbana provincia, 5 latifundijs civium Latinorum tenebatur. Hîc ad cultum agri, frequentia 6 ergaſtula, catenatique cultores, materiam bello præbuêre. Syrus quidam nomine EUNUS (magnitudo cladium facit, ut meminerimus)

4 Vicina enim Romæ fuit & quaſi in ipſius Urbis conſpectu: ſuburbanum autem ſubſtantivè ſumptum ſignificat, prædium urbi vicinum: Sic Sueton. in Tib. 11. *Contentus modicis ædibus, nec laxiore ſuburbano.*

5 Latifundium; amplus & longè patens fundus: quod *Latam humum vocat* Ovid. 5. Faſt.

6 Ergaſtulum, cella vel officina in qua ſervi vincti opus faciebant: Juv. Sat. 8. *Nempe in Lucanos & Thuſca Ergaſtula mittas.*

1 fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ 2 comas jactat, ad libertatem, & arma ſervos, quaſi numinum imperio, concitavit: Idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulfure, & igne ſtipaverat, leniter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculo primum duo millia ex obvijs, mox jure belli refractis ergaſtulis ſexaginta amplius millium fecit exercitum; Regiisque, ne quid malis deeſſet, decoratus inſignibus; caſtella, oppida, vicos, miſerabili direptione vaſtavit. Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) capta ſunt caſtra Prætorum; nec nominare ipſos pudebit, caſtra Manilij, Lentuli, Piſonis, Hypſæi. Itaque qui per 3 fugitivarios retrahi

1 Inſano; Fanatici autem dicti quòd in fanis tali furore agitarentur Sacerdotes oracula prolaturi.

2 Saltationes, nam comos legendum eſſe cenſeo, quæ in comeſſationibus agitabantur, quarum præſes fuit Comus, comeſſationum Deus, hinc verbum comeſſari: Alii iterum legunt ceremonias.

3 Fugitivarii vocabantur ſervorum reductores; Gr. φυγαδοθῆραι: Fugitivi autem dicuntur retrahi qui è fuga domum ad herum reducuntur: Hinc apud Terent. in Heaut. per metaphoram Syrus ſic loquitur, *Retraham hercle opinor, ad me idem illud fugitivum argentum tamen.*

debuiſſent, prætorios duces, profugos prælio, ipſi ſequebantur. Tandem Perperna Imperatore ſupplicium de eis ſumptum eſt. Hic enim victos, & apud Ennam noviſſimè obſeſſos, quum fame quaſi peſtilentia conſumpſiſſet, reliquias latronum compedibus, catenis religavit, crucibusque punivit, fuitque de ſervis, 4 ovatione contentus, 5 ne dignitatem triumphi ſervili inſcriptione violaret. Vix dum reſpiraverat inſula, cùm ſtatim à ſervis, & à Syro reditur ad 6 Cilicem. Athenio paſtor, interfecto domino, familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinat. Ipſe veſte purpurea, argenteoque baculo, & Regium in morem fronte redimita, non minorem quàm ille fanaticus prior, conflat exercitum: acriusque multo, quaſi & illum vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripiens, in dominos, in ſervos infeſtius, quaſi in transfugas, ſæviebat. Ab hoc quo-

4 Ovatio, minor triumphus, de quo ſuprà.

5 Ne decus ac Majeſtatem triumphi fœdaret vel minueret; ſi inſcriberetur, ut moris erat, Triumphus de ſervis. Coronatus tamen non myrtea corona, quæ ovalis, ſed per gratiam ſenatuſconſulto adjutus laureâ. A. Gel. l. 5.

6 Nomen Regionis, id eſt, Cicilia oriundum.

que

que Prætorii exercitus cæſi, capta Servilii caſtra, capta Luculli. Sed Aquilius Perpernæ uſus exemplo, intercluſum hoſtem 1 commeatibus ad extrema compulit: communitasque copias armis, fame facilè delevit: dedidiſſentque ſe, niſi ſuppliciorum 2 metu voluntariam mortem prætuliſſent. Ac ne de duce quidem ſupplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit, quippe dum circa deprehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata eſt.

CAPUT XX.

Bellum Spartacium.

ENimvero ſervilium armorum dedecus feras, nam & ipſi per fortunam in om-

1 Cibariis, ad exercitum alendum neceſſariis, inhibitis & interciſis. Trium autem dierum commeatus dicitur, de inſtante egeſtate. Aliàs commeatus eſt propriè facultas abeundi.

2 Alii metui: Sic repertum & verum eſſe quod dicitur, quòd multos in ſumma pericula miſit venturi timor ipſe mali.

nia obnoxii, tamen quaſi 3 ſecundum hominum genus ſunt; & in bona libertatis noſtræ adoptantur : bellum SPARTACO duce concitatum, quo nomine appellem neſcio; quippe cùm ſervi militaverint, gladiatores imperaverint, illi infimæ ſortis homines : hi peſſimam auxêre ludibrio calamitatem. 4 SPARTACVS, CRIXVS, OENOMAVS, effracto Lentuli ludo, cum 5 triginta aut amplius ejuſdem fortunæ viris erupeſrunt Capua ; ſervisque ad vexillum, & 6 ad auxilium vocatis, quum ſtatim decem amplius millia coiſſent hominum, non modò effugiſſe contenti, jam vindicare vole-

3 Vix enim ſervos habebant pro hominibus : Luc. 6. *O famuli turpes, ſervum pecus :* tamen ut Petron. in ſuo Satyr. monet, *Et ſervi homines ſunt, & aquè unum lactem biberunt, etiamſi illos malus fatus oppreſſerit.*

4 Spartacus Thrax natione, gladiator exercitio: Luc. 2. *Et Scyticis Craſſus Victor rediiſſet ab oris, ut ſimili cauſa caderes, quâ Spartacus hoſtis.*

5 Velleius qui obiter hoc bellum deſcripſit, dicit hos fugitivos LXIV. fuiſſe, qui raptis ex ea qua auſfugerant urbe (Capuâ) gladiis, primò veſuvium montem petiêre.

6 Alii ſimpliciter legunt, ſerviſque ad vexillum vocatis.

bant.

bant. Prima velut 1 ara viris mons Veſuvius placuit. Ibi quum obſiderentur à Clodio Glabro, per fauces cavi montis 2 vitigineis delapſi vinculis, ad imas ejus deſcendêre radices: & exitu 3 invio, nihil tale opinantis ducis ſubito impetu caſtra rapuêre. Inde alia caſtra. Deinceps Coram, totamque pervagantur Campaniam. Nec villarum atque vicorum vaſtatione contenti, Nolam, atque Nuceriam, Thurios, atque Metapontum terribili ſtrage populantur. Affluentibus in diem copiis quum jam eſſet juſtus exercitus; è viminibus, pecudumque tegumentis inconditos ſibi clipeos; è ferro ergaſtulorum recocto, gladios, ac tela fecerunt. Ac ne quod decus juſto deeſſet exercitui, domitis obviis gregibus paratur equitatus: captaque de prætoribus inſignia & faſces ad Ducem detulêre. Nec abnuit ille de ſtipendiario Thrace miles, de milite

1 Alii habent, harena, quod mihi magis arridet, cùm hæc vox gladiatoriam artem magis explicet.

2 E viminibus ex vite contextis. Vitigineus enim eſt quod fit ex vite: Lucret. l. 5. *Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris vitigeni, laticem mortalibus inſtituiſſe.*

3 Alii habent exitu non uno.

deſertor, inde latro, deinde in honore virium gladiator: qui defunctorum quoque prælio ducum funera imperatoriis celebravit exequiis, captivoſque circa rogum juſſit armis depugnare, quaſi planè expiaturus omne præteritum dedecus, ſi de gladiatore 4 munerator fuiſſet. Inde jam conſulares quoque aggreſſus, in Apennino Lentuli exercitum cecidit, 5 apud Mutinam Caii Caſſii caſtra delevit. Quibus elatus victoriis, de invadenda Urbe Romana (quod ſatis eſt turpitudini noſtræ) deliberavit. Tandem etiam totis imperii viribus contra 6 Mirmilonem conſurgitur: pudoremque Romanum Licinius Craſſus aſſeruit, à quo pulſi, fugatique (pudet dicere) ho-

4 Muneratores vocabant qui ſpectacula populo dabant, aliter munerarii dicti ſunt.

5 Mutina, hodie *Modena*: de qua Luc. *His Cæſar Peruſina fames, Mutinæque labores, accedant fatis.* In hac urbe Antonius Brutum obſedit.

6 Mirmillones pugiles erant Retiariis adverſi: nam digladiantium, alter Retiarius, alter Mirmillo vocabatur: *Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle?* Notat Turneb. Adv. l. 3. c. 4. eos primò vocatos fuiſſe Myrmidones qui erant Achillis Milites, & quoniam fortiſſimi fuerunt, ideo gladiatoribus hoc nomen remanſit.

ſtes,

ſtes, in extrema Italiæ confugerunt. Ibi circa Bruttium angulum occluſi quum fugam in Siciliam pararent, neque navigia ſuppeterent, rateſque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in rapidiſſimo freto fruſtra experirentur, tandem eruptione facta, dignam viris obiêre mortem; & quod ſub gladiatore duce oportuit, 2 ſine miſſione pugnatum eſt. Spartacus ipſe in primo agmine fortiſſimè dimicans, quaſi Imperator, occiſus eſt.

CAPUT XXI.

Bellum Civile Marianum.

HOc deerat unum Populi Romani malis, ut jam ipſe intra ſe 3 parricidiale

2 Miſſio eſt dimiſſio ἄδεια ἀπόπεμψις: aliquando gladiatoribus concedebatur, aliquando militibus, eratque licentia & facultas non pugnandi: Variæ autem miſſiones fuerunt, alia honeſta quæ concedebatur ob ætatem vel ob valetudinem, alia proboſa ac ignominioſa, quando quis ob delictum aliquod Sacramento ſolvitur. Hic ſine *miſſione pugnatum*, ſignificat uſque ad mortem.

3 Parricida non tantùm is dicitur qui patrem vel matrem interemit, ſed quoque qui patriæ vim intulit, aut excidium attulit.

bellum

bellum domi ſtringeret, & in urbe media ac foro, 4 quaſi arena cives cum civibus ſuis, gladiatorio more concurrerent. Æquiore animo utcumque ferrem, ſi plebeii duces, aut ſi nobiles, mali ſaltem, ducatum ſceleri præbuiſſent: quum verò, pro facinus, qui viri! qui Imperatores! decora & ornamenta ſæculi ſui Marius, & Sylla, peſſimo facinori ſuam etiam dignitatem præbuerunt, tribus, ut ſic dixerim, 5 ſideribus, agitatum eſt: primo & levi, & modico, tumultu majore quàm bello, intra ipſos armorum duces ſubſiſtente ſævitiâ: mox atrocius, & cruentius per totius viſcera ſenatus graſſante victoria, ultimum non civicam modò, ſed hoſtilem quoque rabiem 6 ſuper-

4 Locus enim ubi gladiatores pugnare ſolebant arena dictus fuit, quòd foret pulvere & arena conſperſus. *Scilicet ut victus repetit gladiator arenam.* Ovid. El. 1. de triſt. Hinc arenarii dicti ſunt gladiatores. In ſua ipſius arena, proverbialiter dicitur, pro, in ſua arte.

5 Vel tribus diverſis temporibus, vel tribus ſyderum influxibus, quorum primus mitior, cæteri atrociores.

6 Superavit bellorum civilium furorem. *O quiſquis volet impias cædes aut rabiem tollere civicam;* Hor. od. 24. l. 3.

gresſum

greſſum eſt, quum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eouſque odiis ſævientibus, donec deeſſent, qui occiderentur. Initium, & cauſa belli, inexplebilis honorum Marii fames, dum decretam Syllæ provinciam Sulpicia lege 2 ſolicitat. Sed impatiens injuriæ ſtatim Sylla legiones circumegit: dilatoque Mithridate. Eſquilina Collinaque porta geminum agmen Urbi 3 infudit. Unde quum ſubitò Sulpicius, & Albinovanus objeciſſent catervas 4 ſudesque, & ſaxa undique à mœnibus, ac tela jacerentur, & ipſe quoque jaculatus incendio viam fecit, arcemque Capitolii, quæ Pœnos quoque, Gallos etiam Senones evaſerat, quaſi captivam victor inſedit. Tum ex ſenatuſconſulto adverſariis hoſtibus judicatis, in præſentem tribunum, aliosque diverſæ factionis, jure ſævitum eſt. Marium ſervilis fuga exemit, imò fortuna 5 alteri bello

2 Urget ac inſtat ut ſibi decernatur.

3 Alii legunt infundit.

4 Sudes hujus ſudis, pertica ſive genus ruſtici teli, hoc eſt, paxillus igni torridus κάμαξ. Virgilius Georg. 1. *Quadrifidaſve ſudes & acuto robore vallos.* Et apud Liv. *Sudibus inter ſe concurrere.*

5 *Non ille favore Numinis, ingenti ſuperûm protectus ab ira, Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato, ſufficiens:* Luc. 2.

reſervavit. Cornelio Cinna, Cnæo Octavio conſulibus, malè obrutum, reſurrexit incendium, & quidem ab ipſorum diſcordia, quum de revocandis, quos ſenatus hoſtes judicaverat, ad populum referretur. 6 Cincta quidem gladiis concione, ſed vincentibus quibus pax, & quies potior, profugus patria ſua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius, clade major, ſiquidem carcer, catenæ, fuga, exilium 7 horrificaverant dignitatem. Itaque ad nomen tanti viri latè concurritur: ſervitia, (pro nefas!) & ergaſtula armantur: & facilè invenit exercitum miſer Imperator. Itaque vi patriam repoſcens, unde vi fuerat expulſus, poterat videri jure agere, niſi cauſam ſuam ſævitia corrumperet. Sed quum diis hominibusque infeſtus rediret, ſtatim primo impetu cliens, & 8 alumna Urbis OSTIA, nefanda ſtrage

6 Armatis militibus obſeſſa.

7 Horrore quodam ipſius nomen ac dignitatem auxerant: quòd videlicet tot periculis non potuerit obrui & extingui: Horror enim referri ſolet ad res ſacras: Sic Luc. *Arboribus ſuus horror ineſt*, lib. 3.

8 Alumnus dicitur & qui alitur, & qui alit, ſic Plinius l. 3. c. 5. Vocat terram omnium alumnam: Hìc autem Oſtia dicitur alumna, quòd Romam nutriret ſuis commeatibus, aliunde eò portatis.

diripitur.

diripitur. Mox in Urbem quadruplici agmine intratur. Diviſêre copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic poſtquam manus omnis Octavii depulſa janiculo eſt, ſtatim in Principum cædem ſigno dato, aliquanto ſævius, quàm aut in Punica, aut in Cimbrica urbe, ſævitur. Octavii Conſulis caput pro Roſtris exponitur; 2 Antonii conſularis in Marii ipſius menſis. Cæſar, & Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur: Craſſi pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu. Bæbium, atque Numitorium, per medium forum unci traxêre carnificum. Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit. Merula 3 flamen Dialis, in Capitolio, Jovis ipſius oculos vena-

2 Is fuit, Cicerone teſte, orator eximius, tantaque præditus Eloquentiâ ut militum animos demulceret, ipſoſque à cæde & ſanguine reprimeret: fuitque M. Antonii triumviri avus.

3 Flamen: Sacerdos: ſumebant autem cognomen ab eo Deo cui ſacra faciebant. Sic flamen Dialis ἀπὸ τοῦ Διὸς à Jove quaſi Jovialis: Dicti autem ſunt flamines, quaſi filamines, à filo quo, cùm per æſtus pileum geſtare non poſſent, caput redimebant.

rum

rum cruore reſperſit. 4 Ancharius ipſo vidente Mario confoſſus eſt, quia fatalem illam ſcilicet manum non porrexerat ſalutanti. Hæc tot ſenatus funera inter calendas, & idus Januarii menſis 5 ſeptima illa Marii purpura dedit. Quid futurum fuit, ſi annum conſularis impleſſet? Scipione Norbanoque Conſulibus, tertius ille turbo civilis inſaniæ toto furore detonuit: quippe quum hinc octo legiones, inde quingentę cohortes ſtarent in armis, & inde ab Aſia cum victore exercitu Sylla properaret. Et ſanè quum tam ferus in Syllanos Marius fuiſſet: quanta ſævitia opus erat, ut Sylla de Mario vindicaretur? Primum apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt: & ibi ſtatim Norbani fuſus exercitus, ſtatim omnes Scipionis copiæ, oſtentata ſpe pacis, oppreſſæ. Tum 6 Marius juvenis, & Carbo

4 De his ferocibus ac immanibus cædibus, vide Plutarch. in vitis Marii & Syllæ.

5 Purpura hîc Metonym. pro conſulatu: Sic apud Mart. *Purpura te fœlix te colit omnis honos.* Veſtes enim conſulares purpura prætextæ erant.

6 De hoc Mario nihil certi affertur, quidam filium Marii ſeptem conſulis, alii nepotem eſſe dicunt.

Con-

Conſules, quaſi deſperata victoria, 2 ne inulti perirent, ſanguine Senatus ſibi 3 parentabant, obſeſſaque Curia, ſic de Senatu quaſi de carcere, qui jugularentur educti. Quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis? Namque Quinctus Mucius Scævola pontifex, Veſtales amplexus 4 aras, 5 tantum non eodem igne ſepelitur. Lamponius atque Teleſinus Samnitum duces atrocius Pyrrho, & Annibale Campaniam, Etruriamque populantur: &, ſub ſpecie partium ſe vindicant. Apud Sacriportum, Collinamque portam debellatæ omnes hoſtium copiæ. Ibi Marius, hic Teleſinus oppreſſi. Nec idem tamen cædium, qui belli finis fuit. Stricti enim & in pace gladii:

2 Alii addunt in anteceſſum, id eſt, præmaturè ac ante tempus.

3 Parentabant, juſta perſolvebant; hinc parentales dies quibus ſolemnes epulæ ad mortuorum ſepulchra apportabantur: Et parentalia, id eſt, convivia in mortuorum funeribus fieri ſolita.

4 Pro more recepto, ſontes enim ſolebant ad aras Deorum confugere, unde nefàs erat quemquam extrahere; unde proverbium, tanquam ad aram confugere, pro extremo præſidio.

5 Fermè eodem igne in aris illis exſtructo abſumitur.

ani-

animadverſumque in eos, 6 qui ſe ſponte dediderant. Minus eſt, quod apud Sacriportum, & apud Collinam portam ſeptuaginta amplius millia Sylla concidit, bellum erat. Quatuor millia deditorum inermium civium in 7 villa publica interfici juſſit. Iſti tot in pace, non plures ſunt? quis autem illos poteſt computare quos in urbe paſſim, quisque voluit, occidit? donec admonente Furfidio, vivere aliquos debere, ut eſſent quibus imperarent, propoſita eſt ingens illa tabula: & ex ipſo Equeſtris ordinis flore, ac Senatus, duo millia electi, qui mori juberentur, novi generis edictum. Piget poſt hæc referre, ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venuleii: Bæbium ſine ferro, ritu ferarum, inter manus laniatum: Marium ducis ipſius fratrem, apud Catuli ſepulchrum oculis, manibus, cruribusque defoſſis, ſervatum aliquandiu, ut

6 Maximæ ſævitiæ ac rabiei indicium trucidare deditos: Apud Tacit. trucidare deditos ſævum videbatur, 12. 17.

7 Ampliſſimum fuit ædificium in Martio Campo exſtructum, in quo exterarum gentium legati recipiebantur, quos in Urbem admiſſos nolebat Senatus, ibique de publico alebantur.

per

per ſingula membra moreretur. Poſitis ſingulorũ hominum ferè pœnis, municipia Italiæ ſplendidiſſima, 1 ſub haſta venierunt, Spoletium, Interamnium, Præneſte, Fluentia. Nam 2 Sulmonem vetus oppidum ſocium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obſides jure belli, & modo morte damnati, duci jubentur: ſic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri.

1 Sub haſta: ſub auctione vendebantur: In publicis enim auctionibus haſta figebatur: vide ſuprà in notis.

2 Pelignorum oppidum, ac Ovidii Patria: *Sulmo mihi Patria gelidis uberrimus undis, Millia qui novies diſtat ab urbe decem.* De Triſt. l. 4. El. ult. Alii legunt per ablativum & longè melius; *Nam Sulmone (vetus oppidum ſocium atque amicum,) facinus indignum, nondum expugnato, ut obſides jure belli & mox morte damnati duci jubentur;* Salm.

3 Intellige ad ſupplicium: Sic Cic. in Rull. Qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribuni plebis duci juſſiſſent.

CAPUT

CAPUT XXII.

Bellum Sertorianum.

BEllum Sertorianum quid aliud, quàm Syllanæ proſcriptionis hæreditas fuit? hoſtile potius, an civile dixerim, neſcio: quippe quod Luſitani, Celtiberique Romano geſſerint duce. Exul, & profugus feralis 4 illius tabulæ, vir ſummæ quidem, ſed 5 calamitoſæ virtutis, malis ſuis maria, terraſque permiſcuit: & jam Africæ, jam Balearibus inſulis fortunam expertus 6 miſſusque in Oceanum, Fortunatas inſulas penetravit. Tandem Hiſpaniam armavit. 7 viro cum

4 Feralis, exitialis, funeſtus: tedæ ferales, arma feralia, id eſt, mortalia. Feralia verò ſubſtantivè erant Romæ feriæ, diis manibus ſacratæ. Ovid.
Hanc quia juſta ferunt, dixêre feralia lucem,
Ultima placandis manibus illa fuit. Faſt. 2.

5 Calamitoſus, quod ſolet lædi calamitate; Sic apud Catonem ager calamitoſus: calamitoſum cœlum: hic infœlicem ſignificat.

6 Alii codices habent: Niſus in Oceanum fortunatas Inſulas penetrare: non enim revera penetravit; ſed tantum id animo intenderat.

7 Viro, hoc nomen virtutem ac fortitudinem hîc exprimit.

viris

viris facilè convenit. Nec aliàs magis apparuit Hiſpani militis vigor, quàm Romano duce. Quamquam ille non contentus Hiſpania, ad Mithridatem quoque, Ponticoſq; reſpexit, Regemque claſſe juvit. Et quid futurum fuit? ſatis tanto hoſti uno Imperatore reſiſtere res Romana non potuit, additus Metello Cnæus Pompeius. Hi copias viri diu, & 2 ancipiti ſemper acie attrivêre: nec tamen prius bello, quàm ſuorum ſcelere, & inſidiis, extinctus eſt. Copias ejus prope tota Hiſpania perſequuti, diu & ancipiti ſemper acie 3 dimicaverunt. Prima per legatos certamina habita, quum 4 hinc Domitius, & cohortes inde 5 Herculeii proluderent: mox his apud Segoviam, illis apud Anam flumen oppreſſis, ipſi

1 Cum Mithridate fœdus inivit: Reſpicere enim frequenter ſignificat opem fero, faveo: *Age me in tuis ſecundis reſpice* Ter. in And.

2 Dubio Marte ac fortunâ ancipiti, Sertorii ac Hiſpanorum vires debilitârunt ac conſumpſerunt.

3 Alii legunt domaverunt, alii domuerunt, ut Pal.

4 Ex partibus Metelli.

5 Ex partibus Sertorii.

duces

duces cominus inuicem 6 experti, apud Lauronem, atque Sucronem æquavêre clades. Tum illis ad populationem agrorum, his ad urbium excidia converſis, miſera inter Romanos Duces Hiſpania diſcordiæ pœnas dabat: donec oppreſſo domeſtica fraude 7 Sertorio, victo, deditoque Perperna, ipſæ quoque in Romanam fidem venêre urbes, Oſca, Terme, Tutia, Valentia, Auxima, & in fame nihil non experta Calaguris. Sic recepta in pacem Hiſpania. Victores duces externum id magis quàm civile bellum videri voluerunt, 8 ut triumpharent.

CAPUT XXIII.

Bellum Civile ſub Lepido.

MArco Lepido, Quincto Catulo Conſulibus, civile bellum pæne citius oppreſſum eſt, quàm inciperet: ſed quantum,

6 Viribus tentatis.

7 Oppreſſus enim ac interfectus fuit per proditionem in convivio, ut Plut. refert.

8 Bella enim civilia nullum dabant triumphum: Unde Luc. 1. *Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.*

lateque

lateque fax illius motus ab ipſo Syllæ 1 rogo exarſit! Cupidus namque rerum novarum per inſolentiam Lepidus, acta tanti viri reſcindere 2 parabat; nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna clade Reipublicæ. Nam cùm jure belli Sylla Dictator 3 proſcripſiſſet inimicos: qui ſupererant, revocante Lepido, 4 quid aliud, quàm ad bellum vocabantur? quumque damnatorum civium bona addicente Sylla, quamvis malè capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefactabat 5 compoſitam civi-

1 Rogus eſt lignorum ſtrues ad cremanda corpora: ita dictus quòd in eo Dii manes rogentur. Hoc diſcrimen eſt inter pyram, buſtum, & rogum: Pyra eſt lignorum congeries: Rogus cùm jam ardere cœpit: Buſtum vocatur cùm jam combuſtum eſt.

2 Abrogare & irrita facere: Sic Ter. in Phor. *Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe.* Et Luc. 4. *Reſciſſoque vocent ſuſpiria dura palato.*

3 Proſcribere propriè eſt libellis propoſitis aliquid venale indicare: ſed hìc ſignificat relegare, in exilium mittere.

4 Ægrè enim exules injuriæ ſibi illatæ obliviſcuntur, ac vindictam deponunt.

5 Pacatam ac tranquillam: componere eſt ad concordiam adducere, ſedare: *Sed præſtat motos componere fluctus.* Æn.1.

L tatem

tatem. Expediebat ergo quaſi ægræ, ſauciæque Reipublicæ requieſcere quomodocunque: ne vulnera curatione ipſa 6 reſcinderentur. Ergo quum turbidis concionibus velut claſſico civitatem terruiſſet, profectus in Etruriam, arma inde & exercitum Urbi admoverat. Sed jam Milvium pontem collemque Janiculum Lutatius Catulus, Cnæus Pompeius, Syllanæ dominationis duces atque 7 ſigniferi, alio exercitu inſederant. A quibus primo ſtatim impetu retro pulſus, hoſtisque à Senatu judicatus, incruenta fuga in Etruriam, inde Sardiniam receſſit: ibique morbo & pœnitentia interiit. Victores, quod non temerè aliàs in civilibus bellis, pace contenti fuerunt.

6 Rurſus aperirentur, ſic dicitur vulgò. *Vulnera interdum ipſa curatione reſcinduntur.*

7 Signiferi, qui præcipui à partibus Syllæ fuerunt, anteſignani: Aliàs ſignifer, eſt qui vexillum fert: ſic Ovid. 5. Faſt. *Romanæque Aquilæ ſignifer hoſtis erat:* Puppis verò ſignifera eſt prætoria navis. Luc. 3. Signifer quoque dicitur is Circulus in quo 12. ſigna ſunt. Græcè ζωδιακὸς.

LUCII

LUCII FLORI HISTORIARUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Bellum Catilinarium.

CAtilinam 1 luxuria primum, tum hinc conflata egeſtas rei familiaris, ſimul occaſio, quod in extremis finibus mundi, 2 arma Romana peregrinabantur, in nefa-

1 Ut ex ſumptibus & luxuria egeſtas, ita ex egeſtate rapinæ procedunt: Rapaces autem civilis diſcordiæ faces: Unde Cæſar de Rep. ord. firmanda igitur ſunt concordiæ bona, & diſcordiæ mala expellenda: Id ita eveniet ſi ſumptuum & rapinarum licentiam dempſeris; ſi ſuam cuique rem familiarem & finem ſumptuum ſtatueris.

2 In Italia enim nullus exercitus: Cn. Pompeius in terris externis bellum gerebat, Sall. p. m. 39. Erat enim id temporis cum exercitu in Aſia contra Regem Mithridatem.

ria conſilia opprimendæ patriæ ſuæ compulêre ; Senatum confodere, Conſules trucidare, diſtringere incendiis Urbem, diripere ærarium, totam denique Rempublicam funditus tollere, & quicquid nec Annibal videretur optaſſe. Quæ omnia quibus (ô nefas!) ſociis aggreſſus eſt ? Ipſe 3 patricius, ſed hoc minus eſt : Curii, Porcii, Syllæ, Cethegi, Antonii, Vargunteii, atque Longini, quæ familiæ ? quæ Senatus 4 inſignia ? Lentulus quoque tunc maximè Prætor : hos omnes immaniſſimi facinoris 5 ſatellites habuit. Additum eſt pignus conjurationis 6 ſanguis humanus: quem circumlatum pa-

3 Patricii ii vocabantur qui ex primis illis patribus & Senatoribus à Romulo creatis duxerunt originem ; itaque omnes nobiles vel ſenatoriæ gentes non fuerunt patriciæ.

4 Ornamenta quæ Senatum ornabant.

5 Satelles propriè eſt miles mercede conductus qui ſemper eſt à latere : Stipator ac comes : ſic dixit Ovid. Faſt. 5. *Ille Deæ cuſtos, ille ſatelles erat.* Sic Aquila Jovis ſatelles dicitur.

6 Catilina enim vinum poculis latis infuſum ac ſanguine humano mixtum, omnibus conjuratis propinavit ; hac execratione, ut ita omnium ſanguis hauriri poſſet, ni conſilium ac propoſitum exequerentur.

teris

teris bibêre : ſummum nefas, niſi amplius eſſet, propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio, niſi illa conjuratio in Ciceronem, & Antonium Conſules inciſiſſet: quorum alter induſtria rem patefecit, alter manu oppreſſit. Tanti ſceleris indicium per Fulviam emerſit, viliſſimum ſcortum, ſed 1 parricidii innocens. Tum Conſul habito ſenatu, in præſentem patricidam, 2 in præſentem reum Cicero 3 peroravit: ſed non amplius profectum, quàm ut hoſtis evaderet, ſeque palam profeſſo incendium ſuum reſtincturum 4 ruina minaretur. Et ille quidem ad præparatum à Manlio in Etruria exercitũ proficiſcitur, ſigna illaturus

1 Lipſius dicit ſe in quibuſdam codicibus legiſſe patriciis innocens : Verùm Sàlmaſio non arridet correctio : putat autem legendum eſſe, ſcortum patriciis innoteſcens, id eſt, quod patricii frequentabant. Verùm retinemus nos hanc lectionem parricidii innocens, Fulvia enim neſcia fuit conſilii illius, ideo innocens cædis Senatorum ac Conſulum ut & ſubverſionis patriæ.

2 Alii parricidam.

3 Eæ ſunt orationes quæ adhuc exſtant in Catilinam.

4 Minatus eſt exeundo, ſe injuriam illam nece ſenatus atque totius urbis excidio ulturum.

Urbi. 5 Lentulus deſtinatum familiæ ſuæ Sibyllinis verſibus regnum ſibi vaticinans, ad præſtitutum à Catilina diem, urbe tota viros, faces, tela diſponit. Nec civili conſpiratione contentus; legatis Allobrogum, qui tum fortè aderant, in arma ſollicitatis, iiſſet ultra Alpes furor, niſi altera proditione Vulturcii, Prætoris literæ tenerentur. Statim Ciceronis imperio injecta eſt barbaris manus. Palam Prætor in Senatu convincitur. De ſupplicio agentibus, Cæſar parcendum dignitati, Cato animadvertendum pro ſcelere cenſebat. Quam ſententiam ſequutis omnibus, in carcere parricidę ſtrangulantur.

5 Hoc Salluſt. tribuit Catilinæ. Sibyllini enim libri ii erant quos ſcripſiſſe ſibyllas credidit Antiquitas, quos magna cura cuſtodiebant Romani, ipſoſque in templo Jovis Capitolini repoſitos habebant: Mirum eſt quàm nugentur Grammatici ubi de illius vocis origine diſputant, maxima pars putat eas dictas eſſe ſibyllas quaſi σιοῦ βουλὴ; nam neque Æoles σιοὺς Deos appellant, neque Βύλλα pro Βουλὴ græcum unquam fuit. Satius eſt petere illius vocis originem ab orientalib⁹ quibus סבל eſt portare, ſibylla igitur eſt quaſi portator Dei: in illis enim ſpiritus fatidicus inerat, unde Ἐγγαστρίμυθοι dictæ: Et omnes fœminæ τ̃ μαντικὸν ἐχοῦσαι Βίοι dictæ fuerunt ſibyllæ. Vide de his Tyſium in Sall.

Quamvis,

Quamvis, parte conjurationis oppreſſa, tamen ab incœpto Catilina non deſtitit, ſed infeſtis ab Etruria ſignis patriam petens, obvio Antonii exercitu opprimitur. Quàm atrociter dimicatum ſit, exitus docuit, nemo hoſtium bello ſuperfuit. Quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima corpore tegebat. Catilina longè à ſuis inter hoſtium cadavera repertus eſt; pulcherrima morte, ſi pro patria ſic concidiſſet.

CAPUT II.

Bellum Cæſaris & Pompeii.

JAm pæne toto orbe 1 pacato, 2 majus erat Imperium Romanum, quàm ut ullis externis viribus extingui poſſet. Itaque invidens fortuna principi gentium Populo, ipſum illum in exitium ſuum armavit. Ac Mariana quidem, Cinnanaque rabies intra Ur-

1 Pacato, id eſt, ſubacto: pacare enim ſignificat aliquando domare vel excolere: Sic dixit Hor. Ep. 1. 2. *Incultæ pacantur vomere ſylvæ.*

2 *Nimioque graves ſub pondere lapſus,*
Nec ſe Roma ferens Luc. l. 1. unde Petr. Arbit.
Ipſa ſuas vires odit Romana juventus,
Et quas ſtruxit opes, malè ſuſtinet.

bem 3 ſe præcluſerat, 4 quaſi experiretur: Syllana tempeſtas latius, intra Italiam tamẽ detonuerat: Cæſaris furor, atque Pompeii, Vrbem, Italiam, gentes, nationes, totum denique, quà patebat imperium, quodam quaſi diluvio & inflammatione corripuit: adeò, ut non rectè tantùm civile dicatur, ac ne ſociale quidem, ſed nec externum: ſed potius commune quoddam ex omnibus, & 5 plus quàm bellum. Quippe ſi duces ejus inſpicias, totus ſenatus in partibus, ſi exercitus, hinc undecim legiones, inde decem & octo, flos omnis & robur Italici ſanguinis, ſi auxilia ſociorum, hinc Gallici, Germanique delectus: inde Dejotarus, Ariobarzanes, Tarcondimotus, Cothus, omne Thra-

3 Alii legunt præluſerat, id eſt, pugnam præmeditata erat.

4 Vires tentaret: Docet Florus bella illa civilia Marii & Syllæ fuiſſe quaſi præludia futurorum & ſubſequentium bellorum, quibus vires ſuas Roma experiebatur.

5 Id eſt, pæne non bellum, ſed vaſtitatem quandam inſtar diluvii aut inflammationis, quæ *ceu cælo demiſſa lues inimicave tellus*, peragraret terrarum orbem, omniaque popularetur: Sic Lucan. *Bella per Emathios plus quàm civilia campos.*

ciæ,

ciæ, Cappadociæque, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Ætoliæ, totiusque robur Orientis, ſi moram belli, quatuor anni, & pro clade rerum breve tempus, ſi locum, & ſpatium ubi commiſſum eſt, intra Italiam; inde ſe in Galliam, Hiſpaniamque deflexit; reverſumque ab occaſu, totis viribus in Epiro † Theſſaliaque conſedit; hinc in Ægyptum ſubitò tranſiliit, inde reſpexit Aſiam; inde Africæ 1 incubuit: poſtremò in Hiſpaniam 2 remigravit, & ibi aliquando defecit. Sed non & odia partium finita cum bello. Non enim prius quievêre, quàm in Vrbe ipſa, medio Senatu, eorum, qui victi erant, odia, victoris ſeſe cæde ſatiarent.

† Theſſaliæque conſedit: Ibi enim Pompeius cum Cæſare de ſumma rerum dimicavit, victuſque fugit, cujus pugnæ eventum, totius belli fortuna ſequuta eſt. Hinc Luc. 7. vocat eam *Romani buſtum populi.*

1 Incubuit, bellum enim illud quaſi moles aliqua vel ruina ingens Africæ impendebat ac minabatur: ſic *Nunc furor incubuit* apud Luc. Et apud eumdem: *Ut verò in pedites fatum miſerabile belli incubuit.*

2 Alii regyravit & elegantius quidem; quaſi in orbem rediit: περικάμψαι; περικάμψαι eſt regyrare.

 Cauſa

Cauſa tantæ 3 calamitatis eadem, quæ omnium, NIMIA FELICITAS. Siquidem Quinčto Metello, Lucio Afranio Conſulibus, quum Romana majeſtas toto orbe polleret, recenteſque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompejanis theatris Roma 4 cantaret, nimia Pompeii potentia apud otioſos, ut ſolet, cives, 5 movit invidiam. 6 Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Cato adverſus potentes ſemper 7 obliquus, detrectare Pompeium, actisque ejus 8 obſtrepere. 9 Hic dolor trans-

3 Has cauſas eleganter ac fusè deſcripſit Lucan. phar. 1. 70. *Fert animus cauſas tantarum exprimere rerum*, &c.

4 Celebraret: ſic apud Martial. *Quidquid fama dedit, donat arena tibi.*

5 Invidia, aſſidua eminentis fortunæ comes, altiſſimiſque adhæret. Vell. Paterc.

6 Audiatur idem Velleius l. 2. Metellus Creticus non injuſtè querens (quippe ornamentum triumphi ejus captivos duces Pompeius ſubduxerat.)

7 Iniquus: Potentibus enim ſemper adverſabatur.

8 Præclara Pompeii facinora ſuggillabat: obſtrepere eſt propriè contra aliquem ſtrepitum edere, contradicere: Litteris obſtrepere alicui, laudi alicujus obſtrepere dixit Liv.

9 Transverſus agi, is dicitur, qui à propoſito vi & impetu depellitur. Rogamus nos, ne iſta vis tranſverſos auferat. Sen. ad Mart.

verſum egit: & ad præſidia dignitati paranda impulit: Fortè tunc Craſſus genere, divitiis, dignitate florebat: vellet tamen auctiores opes. Cajus Cæſar eloquentia, & ſpiritu, & jam conſulatu allevabatur. Pompejus tamen ſuper utrumque eminebat. Sic igitur Cæſare dignitatem comparare, Craſſo augere, Pompejo retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiæ cupidis, de invadenda Republica facilè convenit. Ergo quum mutuis viribus in ſuum quisque decus niteretur, Galliam Cæſar invadit, Craſſus Aſiam, Pompejus Hiſpaniam, tres maximos exercitus: & jam ſic orbis imperium, ſocietate trium principum occupatur. Decem annos traxit iſta dominatio. Exinde quoniam mutuo metu tenebantur. 1 Craſſi morte apud Parthos, & 2 morte Juliæ Cæſaris filiæ, quæ nupta Pompejo, generi ſocerique concordiam matrimonii fœdere tenebat, ſtatim æmulatio erupit. Jam Pompeio

1 *Nam ſola futuri Craſſus erat belli medius mora:* & iterum, *Parthica Romanos ſolverunt damna furores.* Luc. l. 1.

2 *Morte tua diſcuſſa fides, bellumque movere Permiſſum eſt ducibus: ſtimulos dedit æmula virtus.* Luc. ibid.

ſuſpectæ Cæſaris opes, & Cæſari Pompeiana 3 dignitas gravis. 4 Nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem. Nefas! ſic de principatu laborabant, tanquam duos 5 tanta imperii fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque Conſulibus rupta prima conjurationis fide, de ſucceſſione Cæſaris Senatus, 6 idemque Pompejus agitabat: nec ille abnuebat, ſi ratio ſui proximis comitiis haberetur. Conſulatus, 7 abſenti quem decem tribuni plebis, favente Pompeio, nuper decreverant, tum diſſimulante eodem, negabatur. Veniret, & peteret majorum more. Ille contra flagitare decreta: ac niſi in fide permanerent, non ſe remittere exercitum. Ergo ut in hoſtem decernitur. His

3 Majeſtas, ſplendor Pompeii Cæſari moleſta erat.

4 *Nec quenquam jam ferre poteſt Cæſarve priorem, Pompeiuſve parem.* Luc.

5 Totidem ferme verbis Poëta l. 1. *Quæ mare, quæ terras, quæ totum poſſidet orbem, non cepit fortuna duos.*

6 Alii legunt, Senatus, id eſt, Pompeius; notiſſimum enim eſt Pompeium Senatum pro lubitu & ad arbitrium ductaſſe.

7 Abſenti Cæſari plebis tribuni conſulatum aſſignaverant; quod poſtea Pompeius negatum volebat.

Cæſar

Cæſar agitatus, ſtatuit præmia armorum armis defendere. Prima civilis belli harena † Italia fuit : cujus arces levibus præſidiis Pompejus inſederat : ſed omnia Cæſaris impetu oppreſſa ſunt. Prima Arimino ſigna cecinerunt. Tum pulſus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corfinio. Et peractum erat bellum ſine ſanguine, ſi Pompejum Brunduſii opprimere potuiſſet, * & cœperat, ſed ille per obſeſſi clauſtra portus, nocturna fuga evaſit. Turpe dictu, modò Princeps Patrum, pacis, bellique moderator, per triumphatum à ſe mare lacera, & pæne inermi nave fugiebat. Nec Pompejus ab Italia, quàm Senatus ab Urbe fugatur prior, quam pæne vacuam metu, Cæſar ingreſſus, Conſulem ſe ipſe facit. § Ærarium quoque ſanctum, quia tardius aperie-

† Primus locus ubi bellum hoc civile commiſſum eſt.

* Alii ut cœperat.

§ Ærarium in quo pecunia gallici belli cauſa recondebatur : Luc. 3. *Tunc conditus imo, eruitur templo multis intactus ab annis Romani cenſus publici.*

bant

bant Tribuni, juſſit effringi: 2 cenſumque & patrimonium populi Romani ante rapuit, quàm imperium. Pulſo fugatóque Pompejo, maluit prius ordinare provincias quàm ipſum ſequi. Siciliam & Sardiniam, 3 annonæ pignora, per legatos habuit. Nihil hoſtile erat in Gallia: pacem ipſe fecerat, ſed ad Hiſpanienſes Pompeii exercitus transeunti per eam duci portas claudere auſa MASSILIA eſt. Miſera, dum cupit pacem, belli metu, in bellũ incidit: ſed quia tutis muris erat, vinci eam ſibi juſſit abſẽti. 4 Græcula

2 Reditus ac pecunias publicas. Lex autem cenſui cenſendo de qua Liv. ea erat quâ fortunæ ac facultates civium æſtimabantur: ſed Cenſus quoque dicitur de annuo cujuſque hominis vel familiæ reditu. Sic Ovid. El. 7. de Triſt. 3. *Finge ſed immenſis cenſibus eſſe pares.* Cenſus verò luſtralis is fuit, quo luſtrabantur cives quinto quoque anno. Recenſus verò de quo Suet. in I. Cæſ. 41. erat examen & diſquiſitio brevis in eos qui jure aut injuria capiebant frumentum è publico.

3 Utraque frugum fertilis fuit & horreum Romanorum dicta. *Utraque frugiferis eſt inſula Nobilis arvis; Nec plus Heſperiam longinquis meſſibus ulla, Nec Romana magis complerunt horrea terræ.* Luc. 3.

4 Molles ac plus linguâ quàm viribus poſſe audibant Græci, præcipueque Maſſilienſes delicati ac voluptatibus dediti, ideo nomen ipſis infame fuit.

civitas,

civitas, non pro mollitie nominis,& vallum cædere,& incendere machinas auſa, & congredi navibus: ſed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra, marique perdomuit. Mox dedentibus ſeſe ablata omnia præter, quam potiorem omnibus habebant, libertatem. 5 Anceps, variumque, & cruentum in Hiſpania bellum cum 6 legatis Cnæi Pompeii Petrejo & Afranio: quos Ilerdæ caſtra habentes, apud Sicorim amnem obſidere, &ab oppido includere aggreditur. Interim obundatione verni fluminis, commeatibus prohibet. Sic fame caſtra tentata ſunt,obſeſſorq; ipſe quaſi obſidebatur. 7Sed ubi pax fluminis rediit: populationibus & pugna campos aperuit: iterum ferox inſtat: & cedentes ad Celtiberiam conſequutus, aggere & vallo, ac per hæc ſiti ad deditio-

Incertum dubioque eventu; Alii legunt: ſed incruentum.

6 Legati hic ſunt, qui maximam in exercitu poteſtatem habent abſente Imperatore, cum parte copiarum in expeditionem mittuntur. Hodie *Lieutenants Generaux: ou Brigardiers.*

7 Pax, id eſt, ubi flumen deſiit exundare.

nem

nem compulit. Sic citerior Hiſpania 1 recepta eſt, nec ulterior moram fecit, quid enim una poſt quinque legiones? Itaque ultro cedente Varrone; Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem Cæſaris ſequebantur. 2 Aliquid tamen adverſus abſentem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum, & Africam, quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis radiarentur. Quippe cùm fauces Adriatici maris juſſi occupare Dolabella, & Antonius, ille Illyrico, hic Corcyręo littore caſtra poſuiſſent, jam maria latè tenente Pompeio, repente legatus ejus Octavius 3 Libo ingentibus copiis claſſicorum, circumvenit utrumque. 4 Deditionem fames extorſit Antonio. Miſſæ quoque à Baſilio in auxilium ejus rates, quales inopia navium

1 Recuperata, ac denuò occupata. Et altera pars Hiſpaniæ non morata eſt: quid enim ſola potuiſſet præſtare: Dementiæ enim eſt, non virtutis, reſiſtere velle ei cui potentiores ceſſerunt.

2 Ideo Sueton. in ipſius vita 36. dicit: Omnibus civilibus bellis nullam cladem niſi per legatos ſuos paſſus eſt. Ipſe proſperrimè ſemper ac ne ancipiti quidem fortunâ dimicavit.

3 Alii legunt Octavius & Libo.

4 Id eſt, fames eò adegit Antonium ut in deditionem veniret.

fecerat,

fecerat, nova Pompejanorum arte Cilicum, actis ſub mari funibus, 5 captæ quaſi per indaginem. Duas tamen æſtus explicuit, una, quæ 6 Opiterginos ferebat, in vadis hæſit, memorandumque poſteris exitum dedit. Quippe vix mille juvenum manus, circumfuſi undique exercitus per totum diem tela ſuſtinuit, & quum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, 7 hortante tribuno Vultejo, mutuis ictibus in ſe concurrit. In Africa quoque par & virtus, & calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam provinciam miſſus, pulſo, fugatoque Varo jam ſuperbus, ſubitum Jubæ Regis adventum, equitatumque Maurorum

5 Indago propriè eſt plagarum ſeries quibus Venatores ſylvas cingunt: Sic Virg. Æn. 4. *Saltuſque indagine claudunt*; per Metaph. ſumitur pro captionibus quas quis vix effugere poteſt: Tacit. l. 13. de Seneca, Romæ teſtamenta, & orbos velut ejus indagine capi.

6 Incolas Opitergii, Venetiæ Mediterraneæ oppidi.

7 *Nec gloria leti inferior, Iuvenes, admoto occurrere fato.* Luc. 4.

ſuſti-

ſuſtinere non potuit. 1 Patebat victo fuga; ſed pudor ſuaſit, ut amiſſum ſua temeritate exercitum, morte ſequeretur. Sed jam 2 debitum par fortuna flagitante, ſedem bello Pompejus Epiron elegerat, nec Cæſar moratus: quippe ordinatis à tergo omnibus, quamvis hyems media prohiberet, tẽpeſtate ad bellum navigavit, poſitiſque ad 3 Oricum Caſtris, quum pars exercitus ob inopiam navium cum Antonio relicta, Brunduſii moram faceret, adeò impatiens erat, ut ad arceſſendos eos, 4 ardente ventis mari;

1 Poterat fugâ ſalutem petere ſi libuiſſet; ut ipſi Author erat Cn. Domitius, præfectus equitum: ſed, *Non tulit animam afflictis producere rebus: Aut ſperare fugam: ceciditque in ſtrage ſuorum Impiger ad Letum:* Luc. 4.

2 Alii legunt, ſed jam debitum (alii debitam) pari fortuna flagitante, id eſt, poſcente, & paulò poſt nec Cæſar moratur.

3 Oricum, Maritima Chaoniæ Urbs: juxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habens & ſolidum in buxi ſpeciem: Unde Oricia terebinthus de qua Lucr. l. 3. *Tunc qui Dardaniam tenet Oricon.*

4 Concitato & furenti: Sic Virg. *Latumque per agmen ardens limitem agit ferro,* &c.

5 nocte

5 nocte concubia, 6 ſpeculatorio navigio, ſolus ire tentaverit. Extat ad trepidum tanto diſcrimine gubernatorem, vox ipſius: Quid times? 7 Cæſarem vehis. Contractis in unum undique copiis, poſitisque cominus caſtris, 8 diverſa erant ducum conſilia. Cæſar pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus, oſtentare aciem, prouocare, laceſſere; nunc obſidione caſtrorum; quæ ſedecim millium vallo obduxerat, (ſed quid his obeſſet obſidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent?) nunc expugnatione Dyrrachii irrita; (quippe quam vel ſitus inexpugnabilem faceret) ad hoc aſſiduis in eruptionem hoſtium præliis (quo

5 Nocte concubia: Alii interpretantur: Media Nocte; Alii prima noctis parte, quam concubium vulgò vocant.

6 Navigiis explorationi idoneis. Sic Cæſ. 4. bell. gall. *Speculatoria navigia militibus complere juſſit:* Speculatoria verò caliga apud Suet. in Calig. militaris eſt caliga ſed minus ornata, quam Tertul. de corona militis ſimpliciter vocat ſpeculatoriam.

7 *Medias perrumpe procellas tutela ſecure mea.* Luc. 5.

8 Videlicet Cæſaris & Pompeii.

tempore

tempore egregia virtus † Scævæ centurionis emicuit, cujus in ſcuto centum atque quadraginta tela ſedêre,) jam verò direptione urbium ſociarum, quum Oricum, & Gomphos,& alia caſtella Theſſaliæ vaſtaret. Pompeius adverſus hæc nectere moras, tergiverſari ſimul, ut hoſtem intercluſum undique inopia commeatuum 1 tereret, utque 2 ardentiſſimi ducis conſeneſceret impetus. Nec diutius profuit duci ſalutare conſilium. Milites ocium, ſocii moram, principes ambitum ducis 3 increpabant. Sic 4 præcipitantibus fatis, prælio ſumpta eſt Theſſalia: & Philippicis campis, Urbis, Im-

† Hujus fortitudinem deſcribit Luc. 6. *Victoribus unus eripuit, vetuitque capi: ſeque arma tenente, at nondum ſtrato magnum viciſſe negavit*, &c.

1 Paulatim minueret, Alii legunt terreret, id eſt, terrorem incuteret: ſed prior lectio magis placet.

2 *Sed Cæſar in omnia præceps, nil actum credens, ubi quid ſupereſſet agendum, Inſtat atrox*,&c. Luc. 2.

3 Increpabant, accuſabant, & arguebant: *Increpor à cunctis totumque immurmurat agmen.* Ovid. 3. Metam.

4 Sic urgentibus ac inſtantibus Numinis conſiliis ac decretis.

perii,

perii, generis humani fata commiſſa ſunt. Nunquam ullo loco tantum virium Populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit: Trecenta amplius millia hinc & illinc, præter auxilia Regum, & Senatus. Nunquam imminentis ruinæ manifeſtiora 5 prodigia, fuga victimarum: 6 examina in ſignis, interdiu tenebræ. Dux ipſe, & nocturna imagine, theatri ſui audiens plauſum, in modum planctus, circumſonare: & mane cum 7 pullo (nefas!) apud principia conſpectus eſt. Nunquam acrior neque alacrior exer-

5 Inſolita ſigna, quibus ruina portendi credebatur: de his prodigiis quæ Pompeio cladem portendebant, vide quæ fusè referunt Plut. in Pomp. & Cæſ. vitis: App. l. 2. Dio l. 31. Cæſ. comm. 3. Val. Max. l. 1. c. 6. Pompeium Jup. Omnip. abundè monuerat, ne cum C. Cæſare ultimam belli fortunam experiri contenderet, *&c.* Et Luc. 7. *Non tamen abſtinuit venturos prodere caſus per varias fortuna notas*, &c.

6 *Nec non innumero cooperta examine ſigna.* Hoc prodigium ſignificabat multitudinem fore Pompeio noxiam: Nihil enim ſecundùm Vegetium de re milit. magis obfuit Pompeio quàm exercitus numeroſa copia.

7 Atra veſte: Hinc apud Juv. *Pullati Proceres, differt vadimonia prætor.* Sat. 3. id eſt, Senatores ac primores nigris veſtibus lugent.

citus

citus Cæſaris fuit. Inde claſſica prius, inde tela. Annotatum quoque † committentis aciem Craſtini pilum: qui mox adacto in os gladio ſic inter cadavera repertus, libidinem ac rabiem, qua pugnaverat, ipſa novitate vulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompejus adeò equitum copiâ abundaret, ut facilè circumventurus ſibi Cæſarem videretur, circumventus ipſe eſt. Nam quum diu æquo marte contenderent, juſſuque Pompeii fuſus à 1 cornu erupiſſet equitatus, repente hinc ſigno dato, Germanorum, cohortes tantum in effuſos equites fecêre impetum, ut illi eſſe pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc ſtragem fugientis equita-

† Incipientis pugnam: Sic Virgil. 5. *Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos*, id eſt, inceptos.

1 Aciei partes ab utroque latere prominentes dicuntur cornua, Græcè κέρατα: & quod inter utrumque eſt media acies vocatur. Hinc fit ut aliquando cornu pro acie uſurpetur: Sic Juſt. l. 5. 11. 10. Ubi verò agitur de fluviis, cornu ſumitur pro flexubus & alveorum curvitatibus. Sic *Elatis cornubus amnes.* Val. Flac.

tus,

tus, 2 levis armaturæ ruina comitata eſt. Tunc terrore latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua ſtrages quaſi una manu facta eſt. Nec ulla res magis exitio fuit, quàm ipſa exercitus magnitudo. 3 Multus in eo prælio Cæſar fuit, 4 mediusque inter Imperatorem & militem. Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, ſed docta, & ad victoriam efficax, 5 miles, fa-

2 Levis armaturæ de militibus, tum equitibus, tum pedeſtribus expeditis non magno armorum pondere oneratis. Apud Cic. verò levis armaturæ excurſio dicitur in oratione prima leviorum rationum textura, 2. *de Div.*

3 Aſſiduus, continuus, vehemens. Sic Sall. de Mario, *Ante jam infeſtus nobilitati, tunc verò multus atque ferox inſtare.*

4 Partes tum Imperatoris, tum militis exequebatur: Aliàs medius ſignificat mediocrem, ut cùm Velleius dicit, Pompeius Eloquentiâ medius.

5 Fœdate, vulnerate faciem: quod juſſit Cæſar vel ut terrorem incuteret formoſis ac tenellis Equitibus Romanis qui pugnabant pro Pompeio, & qui ſuæ formæ nimiùm erant ſtudioſi: vel, prout ſentit Lucanus, ut vulneribus, noti vultus turbarentur, ne ſi innoteſcerent, pugnandi ardor langueſceret. *Sed dum tela micant, non vos pietatis imago ulla: Nec adverſa conſpecti fronte parentes commoveant: vultus gladio turbate verendos.* Luc. 7.

ciem feri: altera ad jactationem compoſita, Parce civibus, quum ipſe ſequeretur. Felicem utcunque in malis Pompejum, ſi eadem ipſum, quæ exercitum ejus, fortuna traxiſſet. Superſtes dignitati ſuæ vixit, ut cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon applicaretur: pulſus Hedris in deſerto Ciliciæ ſcopulo fugam in Parthos, Africam, vel Ægyptum agitaret: ut denique in Peluſiaco littore, imperio viliſſimi Regis, conſiliis 6 ſpadonum, & ne quid malis deſit, Septimii deſertoris ſui gladio trucidatus, ſub oculis uxoris ſuæ, liberorumque moreretur. Quis non peractum eſſe cum Pompejo crederet bellum? atqui acrius multo atque vehementius Theſſalici incendii cineres recaluêre. Et in ÆGYPTO quidem adverſus Cæſarem ſine 7 partibus bellum. Quippe cum PTOLOMÆUS Rex Alexandriæ, ſummum civilis belli ſcelus peregiſſet, fœdusque amicitiæ cum Cæſare, 8 medio Pompeii capite

6 Eviratus & caſtratus ſpado dicitur à verbo σπάω evello.

7 Factionibus.

8 *Tanto te pignore Cæſar Emimus: hoc tecum percuſſum eſt ſanguine fœdus*: Luc. 9.

ſanxiſſet,

ſanxiſſet, ultionem tanti viri Manibus quærente fortuna, cauſa non defuit. CLEOPATRA Regis ſoror affuſa Cæſaris genibus, partem regni repoſcebat. 2 Aderat puellæ forma, & 3 quæ duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur injuriam: 4 odium ipſius Regis, qui Pompeii cædem, partium fato, non Cæſari dederat, 5 haud dubiè idem in ipſum auſurus, ſi expediſſet. Quam ubi

2 Adjuvabat ac ipſi patrocinabatur: ſignificat enim ſæpè præſto eſſe & adjuvare: Sic dixit Cicero in Epiſt. Ego tamen tuis rebus adero: Aliàs adeſſe verbum eſt ſolemne Cenſorum: quo notatur citatio ad Cenſores: Sic Vell. l. 2. Lepidum Æmil. augurem, quòd ſex millibus ædes conduxiſſet, *adeſſe juſſerunt.*

3 Opprimeretur ac quaſi incurvaretur: ſic dixit Virg. 10. *Acta tremit, duplicatque viro transfixa dolore*: magnus enim dolor nos duplicat atque curvat: Milites duplicarii verò, ii erant quibus ob virtutem, duplicia cibaria dabantur.

4 Tum injuria Cleopatræ à Ptolomæo fratre illata, tum odium quo ipſam proſequebatur, favorem Cæſaris ipſi conciliabant non ſecus ac ipſius forma: formoſa enim facies res eſt quavis Epiſtola efficacior ut dixit Ariſtoteles.

5 *Nobis quoque tale paratum Littoris hoſpitium: Nec ſic mea colla gerantur, Theſſaliæ fortuna facit.* Luc. 9.

M Cæſar

Cæſar reſtitui juſſit in ægnum, ſtatim ab eiſdem percuſſoribus Pompeii, obſeſſus in Regia, quamuis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute ſuſtinuit. Ac primum 6 ædificiorum proximorum, atque navalium incendio, infeſtorum hoſtium tela ſubmovit: mox in peninſulam Pharon ſubitus evaſit: inde depulſus in maria, mira felicitate ad proximam claſſem enatavit, relicto quidem in fluctibus 7 paludamento, ſeu fato, ſeu conſilio: ut illud ingruentibus hoſtium telis, ſaxiſque peteretur. Tandem receptus à claſſicis ſuis, undique ſimul hoſtes adortus; debellata perfida gente, 8 juſta generi Manibus dedit. Quippe & Theodotus magiſter, auctorque totius belli, & ne virilia quidem portenta, Photinus, atque Ganymedes: diverſa per mare & terras fuga & morte conſumpti. Regis ipſius corpus obrutum limo

6 Quo incendio inſtructiſſima illa Ptolomæorum bibliotheca abſumpta eſt.

7 Paludamentum Chlamys eſt Imperatoria: Purpureum paludamentum ſuper Imperatoris tentorium, ſignum pugnæ fuit. Paludatus qui tali veſte indutus eſt.

8 Τὰ δίκαια, Exequias Pompeii generi celebravit.

repertum eſt in aureæ loricæ honore. In Aſia quoque novus rerum motus à Ponto, planè quaſi de induſtria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut à Pompejo pater, à Cæſare filius vinceretur. Rex Pharnaces magis diſcordiæ noſtræ fiducia, quàm virtutis ſuæ, infeſto in Cappadociam 1 agmine ruebat: Sed hunc Cæſar aggreſſus, uno, &, ut ſic dixerim, non toto prælio, obtrivit, more 2 fulminis, quod uno, eodemque momento venit, percuſſit, abſceſſit. Nec vana de ſe prædicatio eſt Cæſaris, 3 antè victum hoſtem eſſe, quàm viſum.

1 Acie vel Exercitu, ſic Æn. 8. *It clamor, & agmine facto, quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* Agmen enim eſt propriè multitudo ordinata & incedens.

2 *Nullaque exire vetante materia, magnamque cadens; magnamque revertens dat ſtragem latè, ſparſoſque recolligit ignes.* Hac ſimilitudine ſolent plerique Poëtæ & Oratores, magnam indicare celeritatem.

3 Refert Sueton. in Cæſ. 37. inter pompæ fercula trium verborum titulum prætuliſſe, VENI, VIDI, VICI; quibus non acta belli ſignificabat ſicut cæteri; ſed celeritatem: ſic quum Pompeius feſtinans ad bellum piraticum in tranſcurſu Athenas inviſiſſet, inter cæteras inſcriptiones hæc fuit ΠΡΟΣΕΔΩΚΟΜΕΝ. ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΜΕΝ. ΕΙΔΟΜΕΝ. ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ:

Sic cum exteris, at in Africa cum civibus multò atrocius, quàm in Pharſalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æſtus expulerat; nec reliquias diceres, ſed integrum bellum. Sparſę magis, quàm oppreſſæ vires erant: Auxerat ſacramentum ipſa 4 clades Imperatoris: 5 nec degenerabat ducum ſucceſſio. Quippe ſatis amplè ſonabant in Pompejani nominis locum Cato & Scipio. Acceſſit copiis Mauritaniæ Rex Juba, videlicet ut latius vinceret Cæſar. Nil ergo inter Pharſaliam, & Thapſon, niſi quod amplior, eoque acrior Cæſarianorum impetus fuit, indignantium poſt Pompejum creviſſe bellum. Denique quod aliàs nunquam ante imperium Ducis, ſua ſponte ſigna cecinerunt. Strages à JUBA cœpit. Ejus elephanti bellorum rudes; & nuper à ſilva, conſternati ſubito clangore, ſtatim & exercitus in fugam, & duces fortius, quàm ut fugerent, non inconſpicua tamen morte omnium. Jam SCIPIO nave fugie-

4 Id eſt, Mors Pompeii belli neceſſitatem creavit: quâ ad bellum gerendum adigebantur.

5 Pompeii ſucceſſores Cato & Scipio non minores erant ipſo, virtute ac nominis celebritate.

bat

bat: ſed aſſequutis eum hoſtibus gladium per viſcera exegit: & ubi eſſet quodam requirente, reſpondit hoc ipſum, † ſe habet Imperator. Juba quum ſeſe recepiſſet in Regiam, magnificè epulatus; poſtero die cum PETREIO fugæ comite, ſuper menſas, & pocula, interficiendum ſe ei præbuit. Ille & Regi ſuffecit, & ſibi: quum interim ſemeſi in medio cibi, & parentalia fercula Regio ſimul, Romanoque ſanguine madebant. CATO non interfuit bello: poſitiſque apud 1 Bagradam caſtris; UTICAM velut altera Africæ clauſtra ſervabat. Sed accepta partium clade, nihil cunctatus, ut 2 ſapiente

† Addendum eſt bene: id eſt, ſalvus & incolumis eſt Imperator, ſpontanea morte deditionis dedecus vitavit.

1 Fluvius qui juxta Uticam labitur apud quem ab Attilii Reguli Exercitu ſerpens centum & viginti pedes longus telis confoſſus eſt: Vide ſup. l. 2. c. 2. Ab Utica cognominatus fuit Cato Uticenſis, quòd ſibi in ea urbe mortem conſciverit.

2 Loquitur Florus ex Stoïcorum placitis: quibus magnam merebantur laudem, qui ſibi violentas manus injiciebant: Cùm hoc ſit potiùs furoris ac dementiæ quàm ſapientiæ indicium.

dignum erat, mortem etiam 3 lætus accivit. Nam poſtquam filium, comitesque ab amplexu dimiſit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet, paululum quievit, tum circa primam vigiliam ſtricto gladio revelatum manu pectus ſemel, iterumque percuſſit. Auſi poſt hoc virum medici violare 4 fomentis. Ille paſſus, dum abſcederent, reſcidit plagas: ſequutaque vis ſanguinis moribundas manus in ipſo vulnere reliquit. Quaſi non eſſet uſquam dimicatum, ſic arma rurſus, & partes, quantoque Africa ſupra Theſſaliam, tanto Africam ſuperabat Hiſpania, plurimumque favoris partibus dabat fraternitas, & pro uno duos ſtare Pompejos. Itaque nuſquam atrocius, nec tam ancipiti

3 Non poterat enim vivere Cato niſi liber & cum dignitate; infractum ipſius animi robur, ita prædicat Hor. od. l. 2. 1. *Et cuncta terrarum ſubacta, Prater atrocem animum Catonis :* Citius enim terrarum orbem domare potuiſſet Cæſar, quàm viri unius animum inflectere.

4 Remediis dolorem lenientibus: aliter fomenta pro delitiis: Sic Sen. fomenta Campaniæ enervârunt Annibalem.

marte

marte concurſum eſt. Primum in ipſo 5 oſtio Oceani Varus, Didiuſque legati conflixêre : ſed acrius fuit cum ipſo mari, quàm inter ſe navibus bellum, ſiquidem velut furorem civium caſtigaret Oceanus, utramque claſſem naufragio cecîdit. Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, 6 armamenta confligerent? adde ſitus ipſius formidinem, vergentia in unum, hinc Hiſpaniæ, inde Mauritaniæ littora ; 7 mare & inteſtinum, & externum; imminentesque Herculis 8 ſpeculas, quum omnia undique ſimul prælio, & tempeſtate ſævirent. Mox circa obſidiones urbium utrimque diſcurſum eſt, quæ miſeræ inter hos, atque illos duces ſocietatis Romanæ pœnas

5 Introitu : Aliàs oſtia in plurali vocantur fluviorum exitus per quos in mare exonerantur.

6 Armamenta omnia illa inſtrumenta & arma quibus naves inſtruuntur. Sic Suet. in Aug. 17. fuſis armamentis.

7 Utrumque mare Oceanus qui ibi Atlanticus nunc dicitur, & mare mediterraneum, τὴν ἔσω θάλασσαν appellant Græci.

8 Suprà dixit columnas, Gall. *Deſtroit de Gilbraltar :* Specula autem eſt propriè locus editus unde proſpici poteſt : *Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta.* Virg. 3. Æn.

dabant. Omnium poſtrema certaminum 3 Munda. Hîc non pro cœtera fœlicitate, ſed anceps, & diu triſte prælium: ut ut planè videretur neſcio quid deliberare fortuna. Sanè & ipſe ante aciem mœſtior non ex more Cæſar, ſive reſpectu fragilitatis humanæ, ſive nimiam proſperorum ſuſpectam habens continuationem: vel eadem timens, poſtquam idem eſſe cœperat, quod Pompejus. Sed in ipſo prælio, quod nemo unquam meminerat, quum diu pari marte acies nihil aliud quàm occiderent, in medio ardore pugnantium ſubitò ingens inter utrosque ſilentium, quaſi 4 conveniſſet, hic omnium ſenſus erat. Noviſſimè illud inuſitatum Cæſaris oculis (nefas!) poſt quatuordecim annos, probata veteranorum manus gradum retro dedit. Quod etſi nondum fugerat, apparebat tamen pudore magis, quàm virtute reſiſtere. Itaque ablegato equo, ſimilis fu-

3 Munda urbs Bœticæ: ubi Pompeianorum cæſa 30. M. Cæſar ut victos obſideret è congeſtis cadaveribus aggerem ſtruxit. *Ultima funeſta concurrant prælia Munda.* Luc. I.

4 Quaſi ita de pacto libuiſſet.

renti,

renti, primam in aciem procurrit.5 Ibi prenſare fugientes, confirmare ; per totum denique agmen oculis, manibus, clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione & de extremis 6 agitaſſe ſecum, & ita manifeſto vultu fuiſſe, quaſi occupare manu mortem vellet, niſi cohortes hoſtium quinque per transverſam aciem actæ, quas Labienus periclitantibus caſtris ſubſidio miſerat, fugæ ſpeciem præbuiſſent. Hoc aut & ipſe credidit, aut dux callidus arripuit in occaſionem : & quaſi 7 in fugientem invectus, ſimul & ſuorum erexit animos, & hoſtes perculit. Nam hi dum ſe putant vincere, fortius ſequi : Pompejani dum fugere credunt ſuos, fugere cœperunt. Quanta fuerit hoſtium cædes, ira, rabiesque victoribus, ſic æſtimari poteſt. Hoc à prælio profugi, quum ſe 8 Mundæ

5 Prenſare, manu prehendere quod eſt rogantis & ſupplicantis : & hoc dicitur de candidatis ac ſupplicibus Magiſtratum ambientibus, qui ſuffragatorum manus prehendebant. Sic apud Virgil. 2. *Prenſant faſtigia dextris.*

6 Apud ſe deliberaſſe manus ſibi inferre ; Et hoc vultu præ ſe tuliſſe.

7 Sic ut ipſe Cæſar loquitur in bello, parvis momentis, ſæpe magni caſus intercedunt.

8 Alii Mundam legunt & melius.

recepiſſent, & Cæſar obſideri ſtatim victos imperaſſet, ex 3 congeſtis cadaveribus agger effectus eſt: quæ pilis, jaculisque confixa, inter ſe tenebantur, fœdum etiam inter barbaros. Sed videlicet victoriam deſperantibus Pompeii liberis, Cnæum prælio profugum crure ſaucio, deſerta & 4 avia petentem, Cenonius apud Lauronem oppidum conſequutus pugnantem (adeò nondum deſperaverat) interfecit. Sextum fortuna in Celtiberiam inde abſcondit: aliisque poſt Cæſarem bellis reſervavit. Cæſar in patriam victor invehitur. Primum de Gallia TRIVMPHVM transmiſerat Rhenus, & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus: alterum laurus Ægyptia, tunc in ferculis Nilus, Arſinoë, & ad ſimulacrum ignium ardens.

3 Satius foret omittere ex, congeſtis cadaveribus agger effectus: Agger autem eſt lapidum aut terræ concervatio.: Hinc aggero cumulum facio, accumulo: *Onerat dictis atque aggerat iras.* Virg. Æn. 11.

4 Loca inuſitata, vel in quibus nulla erat via. *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante trita ſolo.* Lucr. & *Avius à vera longè ratione vagaris.*

† Pharus

† Pharus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartus Jubam & Mauros, & bis ſubactam oſtendebat Hiſpaniam. Pharſalia, & 1 Thapſo, & Munda nuſquam. Et quanto majora erant, de quibus non triumphabat! Hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruenta: penſatumque clementia bellum. Nemo cæſus 2 imperio præter Afranium: ſatis ignoverat ſemel, & Fauſtum Syllam: didicerat 3 generum timere, 4 filiamque Pompeii cum patruelibus ex

† Pharus inſula fuit in Canopico Nili oſtio objecta, in qua noctu accenſæ faces navigantium curſum regebant. *Oſtendit Phariis Ægyptia littora flammis.* Luc. 9. ad cujus ſimilitudinem cæteræ quoque ſpeculæ, ſimilem in uſum conſtructæ, Phari dictæ ſunt. *Lumina noctivaga tollit Pharus æmula Lunæ.* Stat.

1 Non conſpiciebantur, ne civile fuiſſe bellum videretur, de quo triumphare nefas.

2 Juſſu Imperatoris Cæſaris.

3 Alii generoſum; alii generos videl. Pompeium, deinde Pompeii ipſius generum Fauſtum Syllam.

4 Intellige conſervavit: Hirtius ſcribit Cæſarem voluiſſe ut omnia Pompeii, Fauſti Syllæ, forent ſalva ac incolumia: Fauſtus Sylla autem cum Pompeii filiam duxiſſet erat quaſi Cæſaris progener. Vide hæc fuſiùs apud Salmas.

Sylla, 5 hic poſteris cavebatur. Itaque non ingratis civibus, omnes unum in principem congeſti honores: circa templa imagines: in theatro diſtincta radiis corona; ſuggeſtus in curia; faſtigium in domo; 6 menſis in cœlo; ad hoc pater ipſe patriæ, perpetuuſque Dictator: noviſſimè, dubium an ipſo volente, oblata pro Roſtris ab Antonio Conſule, regni inſignia. Quæ omnia velut 7 infulæ in deſtinatam morti victimam congerebantur. Quippe clementiam Principis vicit invidia, graviſque erat liberis ipſa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata eſt: ſed Brutus, & Caſſius, aliique 8 patricii conſenſerunt in cædem Principis. QVANTA VIS FATI! mana-

5 Hæc Flori noſtri verba, facilè me adducunt, ut his adſentiar, qui credunt Cæſaris juſſu hos omnes interfectos fuiſſe, ne videlicet in ipſius ſucceſſores inſurgerent.

6 Quinctilis enim menſis Julius dictus eſt: vocabatur autem quinctilis, id eſt, quintus, quia Romani à Martio annum auſpicabantur.

7 Infulæ, faſcia in modum diadematis, quo dependent vittæ ab utraque parte: Dictæ ab inuſitato Infilo, quod idem eſt ac velo.

8 Alii legunt Patricidæ.

verat

verat latè conjuratio, 9 libellus etiam Cæſari datus eodem die, 10 neć perlitare centum victimis potuerat, venit in curiam tamen, expeditionem Parthicam meditans, ibi in curuli ſedentem eum Senatus invaſit, tribuſque & viginti vulneribus ad terram datus eſt. Sic ille, qui terrarum orbem civili ſanguine impleverat, 11 tandem ipſe ſanguine ſuo curiam implevit.

9 Libellus, ſive Index conjuratorum.

10 Sueton. rem ita narrat. Dein pluribus hoſtiis cæſis, cùm litare non poſſet, introiit in curiam ſpreta religione. Litare autem eſt καλλιερεῖν ſacrificio facto placare Numen.

11 Unde Juv. Sat. 10. *Ad Generum Cæſaris, ſine cæde & vulnere pauci, Deſcendunt, Reges, & ſiccâ morte Tyranni.*

CAPUT

CAPUT III.

Cæſar Auguſtus.

POpulus Romanus, 1 Cæſare & Pompeio trucidatis, rediiſſe in ſtatum priſtinæ libertatis videbatur: & redierat, niſi aut Pompejus liberos, aut Cæſar hæredem reliquiſſet: vel quod utroque pernicioſius fuit, ſi non collega quondam, 2 mox æmulus Cæſarianæ potentiæ, fax & turbo ſequentis ſæculi, ſuperfuiſſet Antonius. Quippe

1 Pompeius & Cæſar Rempub. oppreſſam tenuerant, ipſique injecerant pedicas; iis igitur fato functis, vel potius libertatis Romanæ manibus mactatis; Videbatur Reſpublica priſtinum ſuum nitorem ac libertatem recuperâſſe, & recuperâſſet ſi Pompeius, liberos, & Cæſar nullum hæredem reliquiſſet; Hæc ſunt vera pacis impedimenta, veri futuri belli fomites.

2 Imitator, & contendens ſe Cæſari parem & æqualem reddere: Sic dixit Vell. Æmula Imperii Cartago: Et apud Gell. Ejuſdem Muſæ æmulus, pro ejuſdem artis ſtudioſo.

dum 3. Sextus paterna repetit, 4 trepidatum toto mari dum Octavius mortem patris ulciſcitur, iterum fuit movenda Theſſalia. Dum Antonius 5 varius ingenio, aut ſucceſſorem Cæſaris indignatur Octavium; aut amore Cleopatræ; 6 deſciſcit in Regem. Nam aliter ſalvus eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſervitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt, quod potiſſimum ad Octavium Cæſarem Auguſtum ſumma rerum rediit: qui ſapientiâ ſuâ, atque ſolertia, perculſum undique, & perturbatum

3 Sextus Pompeii filius quem Cornelia mater ad bellum incitabat. *Tu pete bellorum caſus, & ſigna per orbem, Sexte, paterna move:* Luc. 9.

4 Commotum fuit mare æſtu bellorum: Aliàs trepidare, timere, vel timore concuti: Et quoniam à timentibus res omnes aguntur præpropere; Factum eſt ut trepidare accipiatur pro feſtinare: Sic Virg. Æn. 4. *Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.*

5 Varius. multiformis, diſpar, levis. *Varium & mutabile ſemper fœmina.* Æn. 4. Varius quoque ſignificat, qui in facie eſt diſtinctus. Unde Jocus, Cic. in Iſaur. ut refert Quintil. *Miror quid ſit, quòd Pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis Varium reliquit.*

6 Deſciſcit in malam partem, degeneravit.

ordinavit

ordinavit imperii corpus. Quod ita haud dubiè nunquam coire & conſentire potuiſſet, niſi unius præſidis nutu, quaſi anima, & mente regeretur. Marco Antonio, Publio Dolabella Conſulibus, Imperium Romanum jam ad Cæſares transferente fortuna, varius, & multiplex civitatis motus fuit, quodque in annua cœli converſione fieri ſolet, ut mota ſidera tonent, ac ſuos † flexus tempeſtate ſignificent: ſic in Romanæ dominationis, id eſt, humani generis converſione, penitus intremuit, omnique genere * diſcriminum, civilibus, terreſtribus, ac navalibus bellis, omne imperii corpus agitatum eſt.

† Suas revolutiones, ſuaque tropica.

* Periculorum, ſic Velleius diſcrimine veſtro me ſubtraham, & Virg. Æn. 1. *Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum, Tendimus in Latium.*

CAPUT

CAPUT IV.

2. *Bellum Mutinenſe.*

PRima civilium motuum cauſa teſtamentum Cæſaris fuit, cujus 3 ſecundus hæres Antonius prælatum ſibi Octavium 4 furens, 5 inexpiabile contra adoptionem acerrimi juvenis ſuſceperat bellum. Quippe quum intra decem & octo annos tenerum, 6 obnoxium, & opportunum injuriæ

2 Bellum hoc Mutinenſe à Mutina urbe denominatum: *His, Cæſar, Peruſina fames, Mutinæque labores accedant fatis*: Luc. 1.

3 Hæredes (quemadmodum Ulpianus Tit. XXII. & Modeſt. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſcribunt) aut inſtituti dicebantur aut ſubſtituti: Illi qui primo gradu ſcripti erant: hi qui vel ſecundo, vel tertio, vel ſequentibus. Illi primi hæredes vocantur l. idem act. §. ult. ff. de teſtam. milit. Hi ſecundi hæredes; vel ſi tertio gradu ſcripti eſſent, tertii hæredes appellabantur ut apud Suet. in Claud. ſecundus hæres eſt qui hæredi inſtituto ſubſtituitur.

4 Atrociter & vehementer iratus erat. Sic loquitur & Seneca ad Martiam, *Furebat in Liviam Octavia.*

5 Implacabile ἄσπονδον.

6 Cui facilè inferri poterat injuria: ſic opportunus eruptioni apud Liv. is dicitur in quem eruptio commodè fieri poteſt, & opportuna injuriæ ætas.

juvenem

juvenem videret; ſe 7 plenè ex commilitio Cæſaris dignitatis, & furtis hæreditatem lacerare, ipſum inſectari probris, & cunctis artibus quum adoptionem Juliæ gentis inhibere non deſineret: denique ad opprimẽdum juvenem, palam arma moliri: & jam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem motibus ſuis Decimum Brutum obſidebat: Octavivs Cæſar ætate, & injuria 4 favorabilis, & nominis Majeſtate, quod ſibi induerat, revocatis ad arma veteranis, privatus (quis crederet?) Conſulem aggreditur, obſidione Mutinæ liberat Brutum. Antonium exuit caſtris: Tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & ſaucius aquilam à moriente ſignifero traditam, ſuis humeris in caſtra referebat.

7 Alii plenæ dignitatis, quòd fuerit belli ſocius.
8 Quem ob injuriam ipſi illatam & ob ætatem teneram favore proſequebatur populus.

CAPUT

CAPUT V.

1 *Bellum Peruſinum.*

ALterum bellum concitavit agrorum diviſio, quos Cæſar veteranis in caſtris, pretium militiæ, perſolvebat. Semper aliàs Lucii Antonii peſſimum ingenium Fulvia, gladio cincta virilis militiæ, uxor 2 agitabat. Ergo depulſos agris colonos incitando, iterum in arma ierat. Hic verò jam non privatis, ſed totius Senatus ſuffragiis judicatum 3 hoſtem Cæſar aggreſſus, intra Peruſiæ muros redegit, compulitque ad ex-

1 Peruſinum ab urbe Peruſia vel, Peruſium Thuſciæ urbs, & hodie antiquo nomine retento, *Perugio* recepta Italis pronuntiatione.

2 Incitabat; impellebat: talem uxorem ſic deſcribit Juv. Sat. 6. *Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem: quæ fugit à ſexu, vires amat?*

3 Qui hoſtis judicatus erat: Primò, omnia jura & beneficia civitatis perdebat: Secundò, Ejus bona publicabantur: Tertiò, Ipſe quærebatur puniendus more majorum: id eſt, ut explicat Sueton. in Nerone: *Nudi hominis cervicem furcæ inſerebant, corpus virgis ad necem uſque cædebant.* Vid. Lipſ. 3. de Cruce. Quartò, Adverſus ipſum omnia licebant.

trema deditionis, turpi & nihil non experta 4 fame.

CAPUT VI.

Triumviratus.

QUum ſolus etiam gravis paci, 5 gravis Reipublicæ eſſet Antonius, quaſi ignis incendio Lepidus acceſſit. 6 Quid contra duos exercitus neceſſe fuit venire incruentiſſimi fœderis ſocietatem? Diverſa omnium 7 nota incendia. Lepidum divitiarum cupido, quarum ſpes ex turbatione Reipublicæ: Antonium ultiones de his, qui ſe hoſtem judicaſſent: Cæſarem inultus pater, & Manibus ejus graves Caſſius, & Brutus agitabant. In hoc velut fœdus pax inter

4 Hinc in Proverbium abiit, Peruſina fames. *Luc.* 1.

5 Gravis, id eſt, acerbus, pernitioſus: *Stella gravis nobis lucifer ortus erat.* Ovid. 3. l. 1. de Triſt.

6 Alii habent, cui contra duos exercitus neceſſe fuit.

7 Alii vota & melius ni fallor: & alii diverſa omnium nota ingenia: ut enim facilè patet ex ſequentibus, variis ac diverſis vel moribus vel cupiditatibus jactabantur.

tres

tres duces componitur. Apud Confluentes, inter Peruſiam, & Bononiam † jungunt manus, & exercitus conſalutant. Nullo more Triumviratus invaditur, oppreſſaque armis Republica, redit Syllana proſcriptio: cujus atrocitas nihil in ſe minus habet, quàm numerum centum quadraginta Senatorum. Exitus 1 fœdi, truces, miſerabiles, toto terrarum orbe 2 fugientium: pro quibus quis pro dignitate rei ingemiſcat, quum Antonius Lucius Cæſarem avunculum ſuum, Lepidus Lucium Paulum ſuum fratrem proſcripſerit? Romæ capita cæſorum proponere in Roſtris jam uſitatum erat: verùm ſic quoque civitas lacrymas tenere non potuit, cùm reciſum 3 Ciceronis caput in illis ſuis Roſtris videretur; nec aliter ad videndum eum, quàm ſolebat ad audiendum, concurreretur.

† Inſigne & ſolitum mutuæ fidei & amicitiæ pignus. *Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit.* Æn. 8.

1 Averſandi ac execrandi. Virg. Æn. 8. *Averſiſque refugit fœda miniſteria.*

2 Senatorum rabiem triumviratus fugientium.

3 Juvenalis refert Sat. 10. Ciceroni & dextram fuiſſe abciſam. *Ingenio manus eſt, & cervix cæſa; nec unquam ſanguine Cauſſidici maduerunt roſtra puſilli.*

Hæc

Hæc ſcelera in Antonii Lepidique tabulis. Cæſar percuſſoribus patris contentus fuit. Hæc quoque niſi multa fuiſſet, 4 etiam juſta cædes haberetur.

CAPUT VII.

Bellum Caſſii & Bruti.

5 BRutus & Caſſius ſic Cæſarem quaſi Tarquinium Regem, depuliſſe regno videbantur: ſed libertatem, quam maximè reſtitutam voluerunt, illo ipſo 6 parricidio perdidêre. Igitur cæde perfecta, quum veteranos Cæſaris, nec immerito, timerent,

4 Juſta potuiſſet videri, ſi paucioribus fuiſſet contenta.

5 Hos duos ſic confert Vell. l. 2. fuit autem Dux Caſſius melior, quanto vir Brutus; è quibus amicum Brutum habere malles, inimicum magis timeres Caſſium: in altero major vis, in altero virtus.

6 Ideo hanc cædem parricidium vocat Florus, quòd Cæſar Pater Patriæ à Senatu fuerit cognominatus: Et referente Sueton. placuit Populo ut Idus Martiæ parricidium dicerentur: Ipſique columna ſolida è lapide Numidico poſita fuit cum hac inſcriptione, *Parenti optimè merito:* Et ipſius percuſſores non ſicarii ſed parricidæ dicti.

ſtatim

ſtatim è curia in Capitolium † confugerunt. Nec illis ad ultionem deerat animus, ſed ducem non habebant. Igitur quum appareret, quæ ſtrages Reipublicæ immineret, diſplicuit ultio 1 cum Conſulis abolitione decreta. Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in provincias ab illo ipſo, quem occiderant, Cæſare datas, 2 Syriam & Macedoniam, conceſſerunt. Sic vindicta Cæſaris dilata potius, quàm oppreſſa eſt. Igitur ordinata magis, ut poterat, quàm ut debebat in Triumviros Republica, relicto ad Urbis 3 præſidium Lepido, Cæſar cum Antonio

† Alii legunt confugerant; ſed res eodem redit.

1 Tulit enim Cicero ex conſenſu Antonii tunc Conſulis ne quis vindictam ac ultionem moliretur: Sic decreta fuit actarum injuriarum oblivio, quam Græci Ἀμνηστίαν dicunt. Abolitio Juriſconſultis propriè eſt actionis inſtitutæ proſcriptio. Hinc apud Sueton. abolitionem facti decernere. Refert Velleius Ciceronem exemplo Athenienſium, Patres de abolitione ſollicitâſſe: hoc Inſtitutum laudat Juſtin. l. 5. Ipſum decretum μὴ μνησικακεῖν.

2 Unde Hor. Bruto Prætore tenente ditem Aſiam.

3 Defenſionem & urbis tutelam.

in Caſſium Brutumque 4 ſuccingitur. Illi comparatis ingentibus copiis, eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompejo fuit, harenam 5 inſederant. Sed nec tum imminentia cladis deſtinatæ ſigna latuêre. Nam & aſſuetæ cadaverum pabulo 6 volucres, caſtra quaſi iam ſua circumvolabant: & in aciem prodeuntibus obvius 7 Æthiops, nimis apertè ferale ſignum fuit. Ipſique Bruto per noctem, quum illato lumine ex more aliqua ſecum agitaret, atra quædam imago ſe obtulit: & quæ eſſet interrogata: Tuus,

4 Ad expeditionem ſe parant: Metaph. petita à militibus qui ſolent ſe cingere aliquid acturi: Hinc præcinctos vocamus fortes & ſtrenuos: Aliquid autem facere in procinctu, id eſt, iter faciendo, vel cùm ad iter aut ad bellum parati ſumus. Unde Ovid. *Hac in procinctu carmina facta puta.*

5 Campos intelligit Philippicos: Unde Virg. 1. Georg. *Romanas acies iterum videre Philippi.*

6 Vltures intelligit aves rapaces & carnivoras; unde non invenuſtè eas Græci τάφȣς ἐμψύχȣς dixerunt.

7 Cùm omnia nigra funeſta ac mali ominis eſſe cenſebant Veteres: Ideo Æthiopes abominabantur. *Hic niger eſt hunc tu Romane caveto.*

inquit,

inquit, MALVS GENIVS. † Hoc dixit, & ſub oculis mirantis evanuit. Pari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris omnia, aves, victimæque promiſerant: ſed, nihil illo præſentius, quod Cæſaris medicus ſomnio admonitus eſt, ut Cæſar caſtris excederet, quibus capi imminebat: ut factum eſt. Acie namque commiſſa, quum pari ardore aliquandiu dimicatum foret: & quamvis duces non eſſent præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus, & ignavia ſubduxiſſent, ſtaret tamen pro partibus invicta fortuna & ultoris, & qui vindicabantur, primum adeò anceps fuit, & par utrimque diſcrimen, ut exitus prælii docuit. Capta ſunt hinc Cæſaris caſtra, inde Caſſii. Sed quanto efficacior eſt 1 fortuna, quàm virtus? & quàm verum eſt, 2 quod mori-

† Addidit referente Plutarcho; Apud Philippos iterum me videbis: Videbo reſpondit imperterritus Brutus.

1 Ipſam ut Deam ideo coluerunt Romani: *Nos facimus fortuna Deam cœloque locamus.* Juv.

2 Hæc ita Alciatus expreſſit in Emb. *Jam jam ſtricturus moribunda in pectora ferrum, Audaci hos Brutus protulit ore ſonos: Infœlix virtus & ſolis provida verbis, fortunam in rebus cur ſequeris dominam?*

ens efflavit, non in re, ſed in verbo tantùm eſſe virtutem! Victoriam illi prælio error dedit, Caſſius inclinato cornu ſuorum, quum captis Cæſaris caſtris, rapido impetu recipientes ſe equites videret, fugere arbitratus, 3 evadit in tumulum: inde pulvere & ſtrepitu, etiam nocte vicina, eximentibus geſtæ rei ſenſum, quum ſpeculator quoque in id miſſus, tardius renunciaret: tranſactum de partibus ratus, uni de proximis auferendum præbuit caput. Brutus quum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet, ne quid ex conſtituti 4 fide 5 reſignaret, (ita enim par ſupereſſe bello convenerat) ipſe quoque uni comitum ſuorum præbuit latus. Quis ſapientiſſimos viros non miretur ad ultimum non ſuis manibus uſos? niſi ſi hoc quoque ex perſuaſione defuit, ne violarent manus, ſed in abolitione ſanctiſſimarum piiſ-

3 Locum aliquem editum occupavit ut faciliùs cerneret: Vide Plut. in Bruto.

4 Convenerant enim inter ſe, ut mortem ſibi conſcirent; ſi felici marte non pugnarent.

5 Abrogaret, vel falleret fidem: Sic Cic. pro Arch. *Calamitas omnem tabularum fidem reſignâſſet.*

ſimarumque

ſimarumque animarum, 6 judicio ſuo, ſcelere alieno uterentur.

CAPUT VIII.

Bellum cum Sexto Pompeio.

SUblatis percuſſoribus Cæſaris, ſupererat Pompeii 7 domus. Alter juvenum in Hiſpania occiderat, 8 alter fuga evaſerat: contractiſque infelicis belli reliquiis, quum inſuper 9 ergaſtula armaſſet, Siciliam, Sardiniam habebat. Jam 10 & claſſe

6 Falſo & erroneo: quod enim quis facit per alium id feciſſe cenſetur.

7 Familia: ſic apud Virg. *Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum accolet.* Ubi per Æneæ domum, Juliam familiam ex qua Auguſtus, intelligit, ſecundùm Turneb.

8 Sextum Pomp. intellige de quo ſuprà, cap. 2. Sextum fortuna in Celtiberiam abſcondit, aliiſque poſt Cæſarem bellis reſervavit.

9 Ergaſtula, ſervos in Ergaſtulis vinctos ac opus facientes, ad bellum concitavit: per Meton. ſubjecti pro adjuncto; Sic dixit Varro, miſitque virum qui tota ergaſtula libertate donaret: quid autem ſint ergaſtula pete ex præcedentibus.

10 *Inveniet Claſſes quiſquis Pompeius in undas venerit: Et noſter nullis non gentibus hæres bella dabit.* Luc. 9.

medium mare inſederat. O quàm diverſus à patre! Ille Cilicas extinxerat: 3 hic ſecum piratas navales agitabat. Tanta mole belli penitùs in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt: magnique famam ducis ad inferos ſecum tuliſſet, ſi nihil tentaſſet ulterius: niſi quod magnæ indolis ſignum eſt SPERARE SEMPER. Perditis enim rebus profugit: Aſiamque velis petit, venturus ibi in manus hoſtium,& catenas, & quod miſerrimũ eſt fortibus viris, ad hoſtiũ arbitrium ſub percuſſore moriturus. Non alia poſt Xerxẽ miſerabilior fuga,quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus 4 cum ſex ſeptemve fugiebat, 5 extincto Prætoriæ navis lumine, 6 annulis in mare objectis,

3 Unde Luc. 6. *Magno proles indigna parente, Qui mox ſcyllæis exul graſſatur in undis, polluit æquoreos ſiculus pirata triumphos.*

4 Unde Hor. Ep. 9. *Actus cum freto Neptunius, Dux fugit uſtis navibus:* Vocatus autem fuit Neptunius Sextus Pomp.quòd ſe Neptuni filium prædicaret; veſtemque cæruleam ſumpſerit.

5 Ne videlicet quò fugeret noſcerent hoſtes: Gall. *Se retirer ſans faire fanal.*

6 Compedes quibus remiges cohibebantur:Hinc Apul. dicit ſervos anulatos pedes habere:Unde Martial. ad Zoïlum. *Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoïlus, annulos priores.*

pavens

pavens atque reſpectans, & tamen non timens, ne periret.

CAPUT IX.

Bellum Parthicum Duce Ventidio.

QUamvis in Caſſio & Bruto partes ſuſtuliſſet: & in Pompejo totum partium nomen aboleſſet: nondum tamen ad pacis ſtabilitatem profecerat Cæſar, quum ſcopulus, & nodus, & * mora publicæ ſecuritatis ſupereſſet Antonius. Nec ille defuit vitiis, quin periret: imo omnia expertus ambitu & luxuria, primum hoſtes, deinde cives, tandem etiam 1 terræ ſeculum liberavit. Parthi clade Craſſiana altius animos erexerant: civilesque populi Romani diſcor-

* Fomes enim futurorum bellorum fuit ac author: ipſe enim publicam tranquillitatem removebat: à mora autem fit morator: fuerunt autem moratores qui in ludis circenſibus, quadrigarios & bigarios morabantur, ne ante tempus aut non ſuo ordine currerent.

1. Alii legunt terrore ſui.

dias 2 læti acceperant: itaque ut prima 3 effulſit occaſio, non dubitaverunt 4 erumpere, ultro quidem invitante Labieno, qui miſſus à Caſſio, Brutoque (quis furor ſcelerum?) ſolicitaverat hoſtes in auxilium: & illi 5 Pacoro duce, Regio juvene, diſſipant Antoniana præſidia. 6 Caſca legatus, ne veniret in poteſtatem: à gladio ſuo impetravit. Denique ablata Syria, emanabat latius malum, hoſtibus ſub auxilii 7 ſpecie ſibi vincentibus, niſi Ventidius, & hic lega-

2 Unde Hor. od. 7. Epod. *Sed ut ſecundùm vota Parthorum, ſua urbs hæc periret dextra*, id eſt, ſecundùm optata veſtrorum inimicorum bellis civilibus Roma veſtra periret.

3 Alii habent adfulſit, alii affulſit, ſed ſemper idem ſenſus, id eſt, quàm primùm ſe ſe obtulit occaſio; effulgere autem propriè eſt vehementer fulgere. Sic Virg. 8. *Inſtructo marte videres, fervere Leucatem, auróque effulgere fluctus.*

4 Impetum & eruptionem facere: *Stygiis erumpere nitat ab oris:* ad pugnam erumpere; Colum.

5 Pacorus fuit Regis Orodis filius de quo Hor. 3. Carm. *Bis jam Monæſes, & Pacori manus, non auſpicatos contudit impetus noſtros.*

6 Aliis, ut Livio vocatur Didius Saxa, quod verum eſt.

7 Sub ſpecie auxilii pro ſibimet ipſis & in propriam utilitatem pugnant.

tus

tus Antonii, incredibili fœlicitate & Labieni copias, ipſumque Pacorum, & omnem Parthicum equitatum toto inter Orontem, & Euphratem 8 ſinu latè cecidiſſet. Viginti amplius millium fuit, nec ſine conſilio ducis, qui ſimulato metu adeò paſſus eſt hoſtem caſtris 9 ſuccedere, donec 10 abſumto jactus ſpatio, adimeret uſum ſagittarum. Rex fortiſſimè dimicans cecidit. Mox circumlato ejus per urbes, quæ deſciverant, capite, Syria ſine bello recepta. Sic Craſſianam cladem Pacori cæde 11 penſavimus.

CAPUT X.

Bellum Parthicum Antonii.

EXpertis invicem Parthis, atque Romanis, quum Craſſus, atque Pacorus,

8 Terra fluminibus his intercepta.

9 Caſtra ingredi, vel ſubire. Sic Virg. Georg. 3. *Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ.*

10 Ob loci anguſtiam non poſſent uti ſagittis; ſed enſibus pugnarent, quibus pollebant Romani præ cæteris.

11 Alii habent piavimus: ſed non ita bene.

utrimque virium mutuarum 1 documenta feciſſent, 2 pari rurſus reverentia, 3 integrata amicitia, & quidem ab ipſo fœdus Antonio cum Rege percuſſum. Sed immenſa vanitas hominis, dum titulorum cupidine Araxem & Euphratem ſub imaginibus ſuis 4 legi concupiſcit: neque cauſa, nec conſilio, ac ne imaginaria quidem belli 5 indictione, quaſi hoc 6 quoque ex arte du-

1 Specimina bellicæ virtutis ac potentiæ præcedentibus præliis dediſſent, & experti fuiſſent quid potuiſſet uterque Romanus & Partha.

2 Neuter alium ſuperavit, ac æqualibus conditionibus, legeque pari fœdus iniviſſent: quod tamen ſub Auguſto non obtinuiſſe videtur: Unde Hor. Ep. 1. l. 2. *Et formidatam Parthis te principe Romam.* Et od. 15. l. 4. *Et ſigna noſtro reſtituit Jovi, direpta Parthorum ſuperbis poſtibus.*

3 Renovata.

4 Alii, labi.

5 Nulla clarigatione præcedente: Nullum enim bellum juſtum crediderunt niſi prius indictum: Hoc autem more bellum indicebatur: Fecialis ferratam haſtam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum, in quibus bellum gerere decreverant, & non minus tribus puberibus bellum indiceret; & verbis ſolemnibus prolatis, haſtam in fines eorum immittebat. Vide Liv. de Declar.

6 Alii legunt ex arte ducis eſſet, obrepere.

cis.

cis præriperet, relicta repente Syria in Parthos impetum facit. Quæ gens præter armorum ſiduciam callida, 7 ſimulat trepidationem, & in campos fugam. Hic ſtatim quaſi victor ſequebatur: quum ſubitò, nec magna hoſtium manus, ex improviſo, & jam in feſſos via, ſub veſpere velut nimbus erupit: & miſſis undique ſagittis, duas legiones operuerunt.

Nihil acciderat in comparationem cladis, quæ in poſterum diem imminebat, niſi interveniſſet deûm miſeratio. Unus ex clade Craſſiana Parthico habitu caſtris adequitat, & ſalute Latinè data, quum fidem ipſo feciſſet, quid immineret, edocuit; jam affuturum cum omnibus copiis Regem: irent retro: peterentque montes: ſic quoque hoſtem fortaſſe non defore, atque ita 8 ſequuta eſt minor vis hoſtium, quam imminebat. Adfuit tamen: deletæque reliquæ copiæ forent, niſi urgentibus telis in modum

7 Unde Hor. l. 1. od 19. *Nec patitur Scytas, & verſis animoſum equis, Parthum dicere.* Et Luc. 8. *Pugna levis, bellum fugax, turmaque vagantes:* Unde Poëtæ refugi dicuntur.

8 Facta eſt ut alii legunt.

grandinis, quadam 1 ſorte quaſi docti, procubuiſſent in genua milites; & elatis ſuper capita ſcutis, cæſorum ſpeciem præbuiſſent. Tum Parthus, arcus 2 inhibuit. Deinde Romani quum ſe rurſus extuliſſent, adeò res miraculo fuit, ut unus ex Barbaris 3 miſerit vocem; Ite & bene valete Romani, meritò vos victores 4 fama gentium loquitur, qui Parthorum tela 5 fertis. Non minor ex aqua poſtea, quàm ab hoſtibus excepta clades. Infeſta primum ſiti regio tum quibuſdam Salmacidis fluvius infeſtior, 6 noviſſiméque jam ab invalidis & avidè hauriebatur: quum noxiæ etiàm dulces fuêre. Mox & ardores per Armeniàm, & nives per Cappadociam, & utriusque cœli ſubita mu-

1 Veluti divinitus moniti; Horatius *Dicta per carmina ſortes.*

2 Remiſit: putabant enim Parthæ Romanos vulneribus confoſſos occubuiſſe.

3 Loquutus ſit, taleméque emiſerit vocem.

4 Satius eſt cum aliquibus ſic legere, *Meritò vos Victores gentium famæ loquitur*: Magiſque quadrat cum Authoris noſtri ſtilo, qui ſæpiſſimè Romanos gentium victores appellat.

5 Fugiſtis vel fudiſtis ut volunt quidam: Luc. 8: *Parthoque ſequente Murus erit, quodcumque poteſt obſtare ſagitta.*

6 Ad extremum.

tatio-

tatio pro peſtilentia fuit. Sic vix tertia parte de ſedecim legionibus reliqua, quum argentum 7 ejus paſſim dolabris concideretur, & ſubinde inter moras mortem à gladiatore ſuo efflagitaſſet: 8 egregius imperator tandem profugit in Syriam, ibique incredibili quadam mentis væcordia ferocior aliquanto factus eſt: quaſi viciſſet, qui evaſerat.

CAPUT XI.

Bellum cum Antonio & Cleopatra.

FUror Antonii quatenus 7 ambitu non interiret, luxu, & libidine extinctus eſt. Quippe poſt Parthos, quum exoſus ar-

7 Non ſolùm de argento Antonii factum, ſed quidquid fuit pretioſi in ejus exercitu, id omne ab ipſis militibus direptum & conciſum: ipſique qui haberent interfecti: Vide Plut. in Ant.

8 Antonius quem hîc ironicè ſic vocat.

7 Alii legunt per ambitum, id eſt, ambitionem; furorem enim Antonii ſopire non potuit illa honorum inſana cupiditas: Venere tamen & Baccho deſtructus ac ſuperatus fuit.

ma in otio ageret, 2 captus amore Cleopatræ, quaſi bene geſtis rebus, in regio ſe ſinu reficiebat. Hæc mulier Ægyptia, ab 3 ebrio imperatore, pretium libidinum Romanum 4 imperium petit. Et promiſit Antonius: quaſi facilior eſſet Partho Romanus. Igitur dominationem parare, nec tacitè, ſed patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitus, totus in monſtrum iſtud ut mente, ita animo quoque, & cultu deſciverat. Aureum in manu baculum, ad latus 5 acinace, purpurea veſtis

2 Quanta fuerit hujus Cleopatræ libido diſci poteſt ex litteris ipſius ad Q. Soranum, quæ extant in Petronii additamentis.

3 Tanta fuit in Antonio bibendi intemperantia, ut aliquando in ipſo tribunali ſedens ac jus dicens, coram Populo Romano evomere fuerit coactus: vide de ipſius ebrioſitate quid prædicaverit Sen. Ep. 53.

4 In pretium corporis proſtituti Imper. Rom. petiit: Unde Hor. od. 37. l. 1. *Dum Capitolio, Regina dementes ruinas, funus & imperio parabat.* Et Prop. 2. 16. *Conjugii obſcœni pretium Romana popoſcit mœnia, & addictos in ſua jura Patres.*

5 Gladius perſicus: Hor. Car. 1. od. 27. *Vino & Lucernis Medus acinaces immane quantum diſcrepat.* Suidas tamen vult Acinacem eſſe haſtam brevem: quidquid ſit, fuiſſe conſtat breve telum, vel gladiolus qui à femore ſuſpendebatur.

ingenti-

ingentibus obſtricta gemmis, diadema aderat, ut regina Rex ipſe frueretur. Ad primam novorum motuum famam Cæſar à Brunduſio trajecerat, ut venienti bello occurreret; poſitiſque in Epiro caſtris, Leucadem inſulam, montemque Leucaten, & Ambracii ſinus 6 cornua, infeſta claſſe, ſuccinxerat. Nobis quadringentæ amplius naves, ducentæ non minus hoſtium: ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe à ſenis in novenos remorum ordinibus: ad hoc turribus, atque tabulatis allevatæ, caſtellorum, & urbium ſpecie, non ſine 7 gemitu maris, & labore ventorum ferebantur, quæ quidem ipſa moles exitio fuit. Cæſaris naves à triremibus in ſenos, non amplius, ordines creverant. Itaque habiles in omnia, quæ uſus poſcebat; ad impetus, & recurſus, 8 flexusque capiendos; illas graves, & ad

6 Extremitates illius ſinus prope Ambraciam urbem Epiri.

7 Sic dixit Virg. Æn. 6. *Gemuit ſub pondere cymba.*

8 Inflexiones, curvationes ac varios motus in gyrum: Flexus verò ætatis, eſt quum ætas vergere incipit & inclinari: Sic apud Tacit. flexus autumni.

omnia.

omnia præpeditas ſingulas plures adortæ; miſſilibus 2 ſimul cum roſtris, ad hoc ignibus jactis, ad arbitrium diſſipavêre. Nec ulla de re magis hoſtilium copiarum apparuit magnitudo, quàm poſt victoriam. Quippe immenſa claſſis naufragio belli facto, toto mari 3 ferebatur: Arabumque, & Sabæorum, & mille aliarum gentium Aſiæ ſpolia, purpuram, aurumque in ripam aſſiduè mota ventis maria removebant. Prima dux fugæ regina, cum aurea puppe, veloque purpureo, 4 ſe in altum dedit. Mox ſequutus

2 Alii legunt ſimul tum roſtris, quid autem fuerint roſtra pete ex præcedentibus. Roſtra roſtrorum templum fuit Romæ (ut refert Polyb.) ante curiam Hoſtiliam, ex quo ad populum concio haberi ſolebat.

3 Jactabatur, fluctuabat: Nazarii liber cum utroque Palatino, habent, ferebat: Unde ſic legendum & diſtinguendum vult Salmas. *Quippe immenſa claſſis, naufragio belli facto, toto mari ferebat Arabum, Sabæorumque & mille aliarum Aſiæ gentium ſpolia: purpuram aurumque in ripam aſſiduè mota ventis maria removebant.*

4 Salmaſius illud ſe omittit: Cleopatra in altum mare vela dedit. Altum enim hîc loci ſignificat: mare profundum & à terris remotius, ſic Virg. Æn. 1. *Vix è conſpectu ſiculæ telluris in altum vela dabant læti.*

Antonius:

Antonius: ſed inſtare veſtigiis Cæſar. Itaque nec aperta in Oceanum fuga, nec munita præſidiis utraque Ægypti cornua, 5 Parætonium, atque Peluſium profuêre, prope manu tenebantur. Prior ferrum occupavit Antonius. Regina ad pedes Cæſaris provoluta tentavit oculos ducis, fruſtra. Nam pulchritudo intra pudicitiam 6 principis fuit. Nec illa de vita, quæ offerebatur, ſed de parte regni laborabat. Quod ubi deſperavit à principe, ſervarique ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam, in 7 Mauſoleum ſe, (ſepulchra regum ſic vocant) recepit: ubi maximos, ut ſolebat, induta cultus, in differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium: admotiſque ad venas ſerpentibus, quaſi ſomno ſoluta.

5 Portus, ſicut Peluſium Urbs Ægypti fuit.

6 Alii legunt infra, id eſt, pulchritudo Reginæ minor fuit caſtitate Cæſaris.

7 Sic dictum à Mauſolo Cariæ Rege, cui Artemiſia uxor ſepulchrum magnificè elaboratum extructum voluit: inde ſepulchra ſumptuoſiora Mauſolea dicta fuêre: Illud autem Mauſoleum inter ſeptem mundi miracula fuit relatum.

CAPUT XII.

Bellum adverſus Gentes exteras.

HIc finis armorum civilium, reliqua adverſus exteras Gentes: 1 quæ diſtricto circa mala ſua imperio, 2 diverſis orbis 3 oris 4 emicabant. Nova quippe pax: necdum aſſuetæ frenis ſervitutis, tumidæ gentium inflatæque cervices, 5 ab impoſito nuper jugo reſiliebant. Ad SEPTENTRIONEM converſa ferme plaga, fe-

1 Sic Pharnaſes apud Sueton. in Cæſ. occaſionē temporum bellum geſſit, ſic Florus ſuprà, l. 3. c. 5. dixit: Vitia Romanorum ſpem & fiduciam dediſſe Mithridati: Erant enim Romana arma civilibus bellis tum occupata. De talibus temporum inſidiatoribus plura habet Gruterus ad illud Tacit. 3. Ann. 40. f. *Egregium reſumendæ libertatis tempus.*

2 Alii habent diverſi, id eſt, ſeparati ac ſparſi.

3 Oris, regionibus.

4 Subitò exoriebantur, cum impetu excurrebant, proſiliebant. Sic Sen. Ep. 79. *Purus ac levis in cogitationes divinas emicuit.*

5 Jugum recens impoſitum excutere tentabant ac priſtinam libertatem recuperare intendebant ſervitutis impatientes.

rocius agebát, 6 Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Myſi, Thraces & Daci, Sarmatæ atque Germani. 7 NORICIS animos dabant Alpes, atque nives, quò bellum non poſſet aſcendere: ſed omnes illius 8 cardinis populos, Brennos, Senones atque Vindelicos, per privignum ſuum Claudium Druſum perpacavit. Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facilè vel mulieres oſtendêre: quæ deficientibus telis, infantes ipſos afflictos humo, in ora militum adverſa miſerunt. ILLYRII quoque ſub Alpibus agunt, imasq; valles earũ, ad quædã quaſi clauſtra, cuſtodiunt, abruptis torrentibus impliciti, in hos expeditionem ipſe ſumpſit: fierique pontes imperavit. Hic ſe & aquis & hoſte turbantibus, cunctanti ad aſcenſum militi ſcu-

6 Hodie, Bavari, Noribergenſes, Sclavones, Auſtriaci, Tranſylvani, Hungari, Valachiæ ac Moldaviæ incolæ, Poloni.

7 Scriptum in optimo codice; *Noricis animos dabant, & in nives bellum non poſſet aſcendere:* Conjicio ſcribendum: *ac ſi in nives bellum non poſſet aſcendere.* Salm.

8 Illius plagæ vel regionis, Veteribus enim cardo limes fuit qui à meridiano ad Septentrionem dirigeret: Cardo autem ſæpe ſignificat rei opportunitatem: ἀκμή. Hinc Prov. res eſt in cardine.

tum

tum de manu rapuit : & in via primus, tunc agmine ſequuto, quum 1 Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet, ſaucius manibus, ac cruribus; 2 ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium percecîdit. PANNONII duobus ſaltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, 3 Hiſtroque vallabantur, populati proximos, intra ripas ſe recipiebant, in hos domandos Vibium miſit, cæſi ſunt in utriſque fluminibus. Arma victorum non ex more belli, cremata; ſed ca-

1 Legendum eſt Lubricus, non Illyricus; ſic igitur reſtituas, quum Lubricus pons multitudine ſuccidiſſet : ſuccidere non à cædo ſed à cado. Salm.

2 Specioſior è ſanguine ; Sanguis è vulneribus diffluens coloratiorem & venerabiliorem reddebat : Sic enim vox ſpecioſior ſumitur : unde apud Celſ. *Si quis ſpecioſior & coloratior factus eſt ſuſpecta habere ſua bona debet*, l. 2. c. 2. ſpecioſè autem idem eſt ac cum apparatu, ornatè :. Hinc apud Colum. ſpecioſè ingredi, id eſt, cum ornatu.

3 Hiſtrum aut Iſtrum hîc gratis ponunt : Si tres fuiſſent fluvii an latinè loquutus fuiſſet Annæus, cùm addit, cæſi ſunt in utriſque fluminibus.

pta-

pta ſunt, 4 & in profluentes data: ut cæteris, qui reſiſtebant, victoria ſic nunciaretur: DALMATÆ plerumque ſub ſilvis agunt: inde in latrocinia promptiſſimi. Hos jam quidem Marcius incenſa urbe Delminio 5 quaſi detruncaverat: poſtea Aſinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat,(hic ſecundus orator) ſed Auguſtus perdomandos Vibio mandat: qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumque venis repurgare, quod alioquin gens omnium cupidiſſima: ſtudioſa diligentia 6 anquirit: ut illud in

4 In præterlabentes fluvios projecta. Profluens eſt propriè abundanter effluens: hinc profluenter adverb. id eſt, abundanter, copiosè: profluentius dicere; Gell. c. 1. l. 4.

5 Detruncare eſt propriè è trunco abſcindere: hic reſpicit Florus ad ea quæ dixerat: Nam Delminio regionis capite exciſo & uſto, Detruncata erat Dalmatia, & vis omnis ipſi erepta. Alii omittunt, *quaſi*.

6 Anquirere verbum vetus pro quo nunc inquirere eſt in uſu, ſignificat *Faire ou prendre information.* Sic dixit Liv. bell. pun. 4. Seu legibus ſeu moribus mallet, anquireret. Budæus docet, aliquando hoc verbum fuiſſe uſurpatum pro accuſare: Sic Liv. habet. *Capite anquiſitum ob rem. bello malè geſtam.*

uſus

uſus ſuos ſervare videatur: † Mysi quàm feri, quàm truces fuerint, quàm ipſorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu eſt. Unus ducum, ante aciem poſtulato ſilentio, Qui vos, inquit, eſtis? Reſponſum invicem: Romani gentium domini. Et illi, Ita, inquiunt, ſi nos viceritis. 1 Accepit omen Marcus Craſſus. Illi ſtatim ante aciem immolato equo 2 concepêre votum, ut cæ-

† Ab ipſis barbaris, barbari habebantur.

1 Interpretatus eſt Craſſus; quaſi bonum futuræ victoriæ omen.

2 Apud ſe & tacitè non expreſſis verbis voverunt. Hinc diſtinctio voti conceptivi & nuncupativi, de qua ſuprà, l. 1. Conceptum verò furtum eſt cùm res quæſita & furtiva, teſtibus præſentibus apud aliquem invenitur. Vide Gell. lib. 11. c.18. Conceptivæ autem feriæ eæ ſunt quæ quotannis vel à Magiſtratibus, vel à Sacerdotibus in dies certos vel incertos concipi conſuerunt, πεπηγμέναι ἑορταί.

ſorum 3 extis ducum & litarent, & veſcerentur. Deos audiſſe crediderim: nec tubam ſuſtinere potuerunt. Non minimum terroris incuſſit barbaris Domitius Céturio, ſatis barbaræ, efficacis tamen apud pares homines ſtoliditatis, qui foculum gerens ſuper caſſidem, ſuſcitatam motu corporis flammam velut ardenti capite fundebat. Ante hos, THRACVM maximè populus deſciverat. Ille barbarus & ſignis militaribus, & diſciplina, armis etiam Romanis aſſueverat: ſed à Piſone perdomiti, in ipſa captivitate rabiem oſtendere. Quippe quum catenas morſibus tentarent, feritatem ſuam ipſi puniebant. DACI montibus inhærent. Cotiſonis Regis imperio, quotiens concretus

3 Exta, orum, in plur. num. tantùm, ſunt viſcera in corpore animantis maximè extantia, ex quibus aruſpices futura prænoſcebant. *Sectaque fumoſis exta dedère focis.* Virg. Georg. 2. Quid autem ſint exta luſtralia de quibus idem Virg. variè ambigitur: ego crediderim hæc ita vocari, quòd eorum eſu maximè purgemur, ſacrificiorumque maximè participes ſimus, à quibus arcentur impii: quæ autem luſtralia vocat Maro, ea ſolemnia Livio dicuntur. Hinc apud Plaut. in Rud. olla extalis, ubi coquebantur exta. Et exta atrocia pro crudis apud Næv.

gelu

gelu 4 Danubius junxerat ripas, decurrere ſolebant, & vicina populari. Viſum eſt Cæſari Auguſto, gentem aditu difficillimam ſubmovere. Miſſo igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam, citra, præſidia conſtituit. Sic tunc Dacia non victa, ſed ſummota, atque 5 dilata eſt. SARMATÆ patentibus campis inequitant, & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio ſatis fuit. Nihil præter nives, raraſque ſilvas habent. Tanta barbaries eſt, ut pacem non intelligant. GERMANIAM quoque utinam vincere tanti non putaſſet! 6 magis turpiter amiſſa eſt, quàm glorioſè acquiſita: ſed quatenus ſciebat patrem ſuum Cæſarem, bis Trajecto ponte Reno, quæſiſſe bellum, 7 in illius honorem concupiit facere pro-

4 Danubius aliter Iſter dictus maximus totius Europæ fluvius, qui ſexaginta amnibus receptis, in Pontum ſeptem oſtiis evolvitur.

5 Repreſſa ac ſubmota.

6 Ut, *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri*; Sic non minor eſt gloria: cùm juxta Sall. in Jug. Majus dedecus ſit, parta amittere, quàm omnino non paraviſſe.

7 Ne videretur patris gloriam imminuere, noluit decedere provincia; ſi enim detrectaſſet, damnare Cæſaris conſilium viſus fuiſſet.

vinciam, & factum erat; ſi barbari tam vitia noſtra, quàm imperia, ferre potuiſſent. Miſſus in eam provinciam Druſus, primos domuit 3 USIPETES: inde TENCTHEROS percurrit, & CATTOS. Nam 4 MARCOMANORVM ſpoliis inſignibus quendam editum tumulum in trophæi modum excoluit. Inde validiſſimas nationes, CHERVSCOS, SVEVOSQVE & SICAMBROS pariter aggreſſus eſt: 5 qui viginti centurionibus incrematis hoc velut ſacramento ſumpſerant bellum, adeò certa victoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactione dividerent. Cheruſci equos, Suevi aurum & argentum, Sicambri captivos elegerant: ſed omnia retrorſum. Victor namque Druſus equos, pecora, torques eorum, ipſosque, præda diviſit, & vendidit, præte-

3 Illos intelligit populos qui tractum Moguntinenſem, Haſſiam & Franconiam inhabitant.

4 Hos putat eſſe Bohemos Cluverius: Cheruſci ſunt Brunſvvicenſes & Lunæburgenſes: Suevi hoc nomen retinent vulgò *Svvaben:* Sicambri agri colonienſis incolæ.

5 Concrematis centurionibus ad bellum gerendum quaſi jure jurando ſemetipſos fœdo hoc facinore aſtrinxerant.

rea

rea * in tutelam provinciarum, præſidia, atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albin, per † Viſurgim: Nam per Reni quidem ripam, quinquaginta amplius caſtella direxit. § Bonnam & Geldubam pontibus junxit, claſſibusque firmavit. Invium atque inacceſſum in id tem-

* Tutela Juriſconſultis eſt jus & poteſtas in capite libero. Paulus ff. de tut. Sed hic latius patet pro qualibet defenſione & protectione: hinc tutelaris: Sic Dii tutelares, id eſt, urbium præſides ac defenſores: hos certo carmine Romani Vrbem obſeſſuri, evocare ſolebant, ne cum ipſis Diis bellum ſuſceptum videretur: Macrob. l. 3. Prætor verò tutelaris, is dicebatur, cujus officium erat pupillis tutores aſſignare.

† Viſurgis Germ. *Wezer*, aliter Weſerum nominant in tranſcurſu Brunſuiſcentium agrum irrigat, tandem Bremam præterlapſus in Germanicum Oceanum influit.

§ Alii ut Salmaſius legunt Bononiam & Geſogiacum; Alii Bonnam & Geſoniam cum pontibus. Sed retinendum eſt ni fallor Bonnam, quæ ad Rhenum cujus hic mentio, urbs hæc ſita eſt: quidquid ſit, cave ne hæc conjunctim interpreteris; nam ſunt ſeparatim intelligenda, Bonnam ponte junxit, & Ceſoniam ponte junxit, id eſt, pontem & hic & ibi ædificavit.

pus

pus 2 Hercynium ſaltum patefecit. Ea deniq; in GERMANIA pax erat, ut mutati homines, alia terra, cœlũ ipſũ mitius, molliusque ſolito videretur. Denique non per adulationem, ſed ex meritis, defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi, quod nunquàm alias Senatus, 3 cognomen ex provincia dedit. Sed difficilius eſt provincias obtinere, quàm 4 facere, viribus parantur, jure retinentur. Igitur breve id gaudium. Quippe Germani victi magis, quàm domiti erant: moresque noſtros magis, quàm arma ſub Imperatore Druſo 5 ſuſceperant: poſtquàm verò ille defunctus, Vari Quinctilii libidinem

2 Omnium Germaniæ ſylvarum longè maxima hodie in quibuſdam locis vocatur Schwartzwald & in aliis antiqui nominis veſtigium retinet. Hartzwald.

3 Germanicus enim dictus fuit, illudque nomen ad poſteros tranſivit: Unde Ovid. Faſt. 1. *Et mortem & nomen Druſo Germania fecit: me miſerum, virtus quàm brevis illa fuit.* Velleius ipſum deſcribit, tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria percipit.

4 Eas eo adigere ut jugum recipiant.

5 Alii ſuſpiciebant: Mores enim & virtutes Druſi eos ſuperaverant ac vicerant potius quam ipſius arma.

6 ac ſuperbiam haud ſecus, quàm ſævitiam, odiſſe cœperunt. Auſus ille agere 7 conventum: & in caſtris ſe direxerat, quaſi violentiam barbarorum & lictoris virgis, & præconis voce poſſet inhibere: at illi, qui jampridem rubigine 8 obſitos enſes inertesque mœrerent equos, ut primum 9 togas, & ſæviora armis jura viderunt, duce Arminio arma corripiunt, quum interim tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta quidem, & prodita per Segeſtem * unum principum, conjuratione, commoveretur. Itaque improvidum, & nihil tale metuentem adorti, quum ille (ô ſecuritas) † ad tribunal

6 Sic Juſtin. l. 13. c. 8. Perdicæ plus odium arrogantiæ, quam vires hoſtium nocebant: Suprà dixit Flor. l. 1. 7. *Superbia crudelitate gravior eſt bonis.*

7 Populum cogere ut jus diceret ac prætorem urbanum gereret. Vide Vell. l. 2.

8 *Jam ſigna tubæque molleſcunt. Ipſos Ignavia fluxit in enſes.* Claud. in Eutrop. l. 2.

9 Togis utebantur Romani jus dicturi, Inde Apul. Judices togatos vultúres vocat.

* Hoc ita Velleius refert. Id Varo per virum ejus gentis fidelem clariquc nominis Segeſtem indicatur.

† Alii legunt ad ſecures & tribunal citaret, id eſt. vocaret ad jus.

citaret,

citaret, undique invadunt, caſtra rapiunt: tres legiones opqrimuntur, Varus perditas res eodem, quo 3 Cannenſem diem Paulus, & fato eſt, & animo ſequutus. Nihil illa cæde per paludes, perque ſilvas cruentius: nihil inſultatione barbarorum intolerabilius, 4 præcipuè tamen in cauſarum patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, reciſa prius lingua, quàm in manu tenens barbarus, TANDEM, inquit, 5 VIPERA, SIBILLARE DESISTE. Ipſius quoque Conſulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effoſſum. Signa, & aquilas duas adhuc barbari poſſident, tertiam ſignifer prius, quàm in manus hoſtium veniret, evulſit, merſamque intra baltei ſui

3 Audiatur ad hæc Paterculus: *Duci plus ad moriendum quàm ad pugnandum animi fuit, quippe aviti paternique exempli ſucceſſor ſe ipſum transfixit*: Et ita eodem fato quo Paulus qui exercitu deleto ſupereſſe noluit.

4 Advocatos ac cauſarum ſive litium defenſores intelligit: Aliàs patronus is dicitur propriè qui aliquem in periculo defendit: Valla tamen ſic diſtinguit patronum eum eſſe qui accuſati non accuſantis cauſam agit: Ovid. *Qui modo patronus jam cupit eſſe cliens.*

5 Sic Cauſidicos vocabant.

latebras gerens, in cruenta palude ſic latuit. Hac clade factum, ut imperium quod in littore Oceani non ſteterat, in Ripa Reni fluminis 6 ſtaret. Hæc ad Septentrionem. Sub MERIDANO 7 tumultuatum magis, quàm bellatum eſt. MUSULANIOS atque GÆTULOS accolas Syrtium, Coſſo duce, compeſcuit: unde illi Gætulici nomen. Latius victoria patet. MARMARIDAS, atque GARAMANTAS 8 Curinio ſubigendos dedit. Potuit & ille redire Marmaricus, ſed modeſtior in æſtimanda victoria fuit. Ad ORIENTEM plus negotii cum ARMENIIS, huc alterum ex Cæſaribus nepotibus ſuis miſit. Ambo fato breves: ſed alter inglorius, Maſſiliæ quippe Lucius morbo ſolvitur:

6 Subſiſteret nec progrederetur ulterius.

7 Tumultus propriè eſt bellum ſubitum. Sic Cic. Phill. quid aliud eſt tumultus niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur; dicitur quaſi timor multus: tumultuarium verò pro præpropero ac rapide facto; Sic Ovid. *Nam dedit è ſpecula cuſtos ubi ſigna tumultus.*

8 Exiſtimat Min-Ellius hunc fuiſſe de quo Lucas Evangeliſta loquitur quemque vocat Κυρήνιον. Sed viderit ille.

in 1 Syria Cajus ex vulnere, quum Armeniam ad Parthos ſe ſubtrahentem recipit. Armenios victo Rege Tigrane in hoc unum ſervitutis genus Pompejus aſſueverat, ut rectores è nobis acciperent. Intermiſſum ergo jus, per hunc recuperatum, non incruento, nec multo tamen certamine. Quippe Domnes, quem Rex 2 Artaxatis præfecerat, ſimulata proditione, adortus virum intentum libello, quem, ut theſaurorum rationes continentem, ipſe porrexerat; 3 ſtricto ferro cruentat vulnere in tempore. Ceterum barbarus undique infeſto exercitu oppreſſus, gladio, & pyra, in quam ſe percuſſus immiſit, 4 ſuperſtiti etiamnum Cæſari ſatisfecit. Sub OCCASV pacata fere omnis HISPANIA, niſi quàm Pyrenei 5 definientis ſcopulis inhærentem citerior alluebat

1 Suetonius & Velleius variant hîc à Floro, volunt enim Caium fato ceſſiſſe in Lycia.

2 Urbs Armeniæ Metropolis ac Regum ſedes.

3 Alii legunt ſtrictus ac recreatus ex vulnere in tempus.

4 Satisfacere nonnunquam eſt teſtibus præſentibus affirmare te pœnitere quod aliquem læſeris: ſed hic plus eſt, ſignificat enim pœnas dedit.

5 Alii deſinentis, extremi finis.

Oceanus. Hic duæ validiſſimæ gentes; † CANTABRI, & ASTVRES immunes imperii agitabant. Cantabrorum & prior, & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit; qui non contenti libertatem ſuam defendere, proximis etiam imperitare tentabant: 1 VACCÆOSQVE, & GVRCONIOS & AVRICONAS crebris incurſionibus fatigabant. In hos igitur, quia vehementius agere nunciabantur, non mandata expeditio, ſed 2 ſumpta eſt. Ipſe venit Sageſamam, caſtra poſuit, inde partito exercitu totam in diem amplexus CANTABRIAM, 3 efferam gentem ritu ferarum 4 quaſi indagine debellabat. Nec ab Oceano quies, quum infeſta claſſe ipſa quoque

† Cantabri hodie Biſcaya: caput Juliobriga, Hodie *Val de Viece*: Nomen Oceano Cantabrico dedit: Aſtures nomen retinuerunt; hodie enim adhuc *Aſturias*: quorum caput Aſturica, nunc *Aſtorga*, urbs quondam magnifica.

1 Hodie Caſtillani dicti: & Autrigonas lege.

2 In ſe provinciam illam ſuſcepit.

3 Efferus, crudelis ac ſummè ferus: Sic de Mezentio, Poëta Æn. 10. *Ubi nunc Mezentius acer & illa effera vis animi*: & Senec. in Hypp. *Laniatu effero diſperſa membra.*

4 Reti vide ſuprà in notis.

terga

terga hoſtium cæderentur. Primum adverſus Cantabros ſub mœnibus Belgicæ præliatus eſt. Hinc fuga in eminentiſſimum Vinnium montem, 5 quem maria prius Oceani, quàm arma Romana aſcenſura eſſe crediderant. Tertio 6 Arracilium oppidum magna vi repugnat. Captum tamen poſtremo fuit, Medulli montis obſidio: quem perpetua quindecim millium foſſa comprehenſum cinxit, undique ſimul adeunte Romano. Poſtquam extrema barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus 7 taxeis exprimitur, 8 præcepêre mortem: ſeque pars major à captivitate, quæ videbatur, vindicavêre. Hæc per Antiſtium, Furnium, Agrippam le-

5 Parum cauti, debebant enim noſſe, avidis gloriæ nihil tam munitum, nihil tam altum, quo non aſcendere conentur. Curt. l. 7.

6 Hodie *Mandura*.

7 Græcis hæc arbor σμίλαξ Gall. *Yf* dicitur cui lethale venenum ineſt: Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt, Virg. Ecl. 9. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.*

8 Præoccupaverunt.

gatos, hybernans in † TARRACONIS maritimis Cæſar accepit. Ipſe preſens hos deduxit montibus, hos obſidibus aſtrinxit, hos ſub corona jure belli venum 1 dedit. Digna res lauro, digna curru Senatui viſa eſt: ſed jam Cæſar tantus erat, ut poſſet triumphos contemnere. ASTVRES per idem tempus ingenti agmine à montibus ſuis deſcenderãt: 2 nec temere ſumptus, ut barbaris impetus: ſed poſitis caſtris apud Aſturam flumen, 3 trifariam diviſo agmine tria ſimul Romanorum caſtra aggredi parabant. Fuiſſet & anceps, & cruentum, & utinam mutua clade certamen tunc, tam fortibus, tam ſubito, tam cum conſilio venientibus, niſi Trigæcini prodidiſſent, à quibus præmonitus Cariſius, cum exercitu adveni-

† Arragon. Dicta Tarraconenſis à Tarracone capite ſuo.

1 Corona ſervis aut potius captivis impoſita, ſignum erat eos venales eſſe: ad quod reſpicit Plaut. in ſtich. act. 1. ſ. 3. *Venalis ego ſum cum ornamentis omnibus.* Et apud Cæſ. *Omni ſenatu necato, reliquos ſub corona vendidit.*

2 Sumptus hìc ſumitur pro ſuſcepto.

3 Exercitu tripartito, & in tres partes diviſo.

ens: 4 oppreſſit conſilia, ſic quoque tamen non incruento certamine. Reliquias fuſi exercitus validiſſima civitas Laucia excepit: ubi adeó certatum eſt, ut quum in captam urbem faces poſcerentur, 5 ægre dux impetraverit veniam, ut victoriæ Romanæ ſtans potius eſſet, quàm incenſa, monumentum. Hic finis Auguſto bellicorum certaminum fuit: idem rebellandi finis Hiſpaniæ. Certa mox fides, & æterna pax; cum ipſorum ingenio, in pacis partes promptiore, 6 tum conſilio Cæſaris, qui fiduciam montium timens, in quos ſe recipiebant, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant, habitare & incolere juſſit. Ingentis eſſe conſilii illud, obſervari cæpit. Natura regionis circa ſe omnis aurife-

4 Irrita reddidit conſilia, ac eorum conatus diſcuſſit: Sic Juſtin. l. 2. c. 15. Ariſtides belli ſocius ſapienter conſultando proditionis conſilia diſcuſſit.

5 Vix, Exercitus Imperator Cariſius, milites cohibuit ne in hanc urbem ſævirent ipſamque incenderent: ut remaneret quaſi illuſtre victoriæ à Romanis reportatæ documentum.

6 Prudenter hoc excogitaverat Cæſar, ut gentem illam monticolam in planitiem deduceret; relictis montibus, quorum præſidio fidentes, ſemper novos meditabantur motus.

ra, 1 miniique & 2 Chryſocollæ, & aliorum colorum ferax. Itaque exerceri ſolum juſſit. Sic Aſtures & latentes in profundo opes ſuas, atque divitias dum aliis quærunt, noſſe cæperunt. Omnibus ad occaſum, & meridiem pacatis gentibus, ad Septentrionē quoque duntaxat intra Renum atque Danubium; item ad Orientem intra Taurum & Euphratem, illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, 3 ſentiebant tamen magnitudinem; & victorem gentium Populum Romanū reverebantur. Nam & 4 SCHYTÆ miſêre legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes. 5 SERES etiam, habitãteſq; ſub ipſo Sole.

1 Minium pigmenti genus coloris laudatiſſimi: Gall. *Vermillon*, Miniaria æ, locus in quo diffoditur minium.

2 *Borax*, *ſoudure d'or.* Chryſocollam & Smaragdum ejuſdem coloris eſſe tradit Theophraſtus. Chryſocollam Dioſcorides probat τὴν κατακόρως πρασίζουσαν, id eſt, ſature praſinam: hunc colorem praſinum Latini propriè vocarunt. Salm.

3 Agnoſcebant ac venerabantur.

4 Qua virtutis moderationiſque fama: Indos etiam ac Scythas, auditu modò cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam P. R. ultrò per legatos petendam, Sueton. in Aug. 22.

5 Seres populi ſunt Scyticæ Aſiaticæ: Hodie Tartari.

6 INDI.

6 Indi, cum gemmis, & margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis, quàm longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio impleverant: & tamen ipſe hominum color ab alio venire cœlo fatebatur. 7 Parthi quoque quaſi victoriæ pœniteret, rapta, clade Craſſiana, ultro ſigna retulêre. Sic ubique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Auſusque tandem Cæsar Augustus ſeptingenteſimo ab Urbe condita anno 8 Janum Geminum cludere, bis ante ſe cluſum: ſub Numa Rege, & victa primum Carthagine. Hinc converſus ad pacem, pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſæculum, gravibus, 9 ſe-

6 Obſervo duas Legationes à Poro Rege Indorum ad Auguſtum: Alteram, quæ ad eum venit in Hiſpanis bellum gerentem cujus meminit Oroſius: Alteram quando poſt Græciam, Aſiamque luſtratam Samum per hyemem venit. De his Strabo lib. xv. & Dio lib. LIV.

7 Hoc contigit, cùm Auguſtus Syriam appuliſſet: Unde Horat. *Et ſigna noſtro reſtituit Jovi, Direpta Parthorum ſuperbis partibus* Od. 15. l. 4.

8 *Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Ianum:* & od. 15. l. 4. *Vacuum duellis orbem.*

9 Unde Horat. Ep. l. 2. 1. *Res Italas armis tuteris, moribus ornes legibus emendes.*

verisque legibus multis coërcuit. Ob hæc tot facta ingentia 2 Dictator perpetuus, & Pater patriæ dictus. Tractatum etiam in Senatu, an quia condidiſſet imperium, Romulus vocaretur: ſed ſanctius & reverentius viſum eſt nomen AUGUSTI, ut ſcilicet jam tum dum 3 colit terras, ipſo nomine, & titulo 4 conſecraretur.

2 Non patet; Auguſtum, unquam nomen Dictatoris tuliſſe, quia poteſtas Dictatoria legibus fuerat abrogata: quin contra Sueton. refert cap. 53. *Dictaturam magna vi populo offerente, genu nixus, dejecta ab humeris toga nudo pectore deprecatus eſt:* quibus ſignificat Auguſtus malle ſe mori, quam eum titulum recipere.

3 Ad hoc reſpicit Horat. Ep. l. 2. 1. *Præſenti tibi largimur honores.*

4 Inter divos referretur: Auguſtus enim venerandum ſignificat. Unde Suet. cap. 7. *Prævaluit,* inquit, *ut Auguſtus potius vocaretur, non tantùm novo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur.* Non igitur Imperatores Auguſti dicti ſunt; ab augendo Imperio, ut quidam volunt. Alii deducunt ab *auctu.* Augere autem verbum erat ſacrorum. Unde idem Sueton. *Augeri hoſtias juſſit,* de Auguſto loquens: in dedic. aræ Narbonenſis. SI. QUIS. HUIC. ARÆ. DONUM. DARE. AUGERE. VOLET. LICETO.

FINIS.

EXCERPTIONES CHRONOLOGICÆ AD FLORUM.

Ad Librorum & Capitum *ſingulorum loca ita concinnatæ, ut prior cifra* Librum, *altera* Caput *tibi oſtendat.*

Anni ante natum Chriſtum	*Italiæ cultores primi Aborigines fuêre, quorum Rex Saturnus: poſt hunc tertio loco Faunus, ſub quo.*	Anni ante Urbem conditā.	
1230	*Evander in Italiam venit.* 1.1	480	*Gedeon Iſraëlis Iudex moritur.*
1221		471	*Athaas Ponticis gentibus imperat.* 3.5
1181		431	*Troja capta.*
1179	*Æneas in Italiam venit.* 1.1	429	*Agamemnon occiditur.*
	Lavinium cōditur. 1.1	399	*Iephtha, Ebzā, Elon, Abdon, Iſraëlem judicant.*

Alba *Dido*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
1149	*Alba condita.* I.I		
882		132	*Dido Carthaginē condit.* 2.15
793	*Amulius Numitorem regno pellit* I.I	43	
776	*Romulus naſcitur.* I.I	26	*Uſias Rex Iudæ. Zacharias, Sallum, Menahem, Reges Iſraëlis.*
752	*Amulium deturbat.* I.I	2	*Ezechias Rex naſcitur.*
750	*Roma condita:* I. I. *cujus ita primus Rex Romulus regnat per annos* XXXVII.		*Micha Propheta.*
747	*Raptus Sabinarum.* I.I	3	
746	*Spolia opima prima.* I.I	4	
743	*Sabini, ex hoſtibus, Romæ cives fiunt*	7	*Pekah, Rex Iſraëlis, incurrit in Iudæam. Hieroſolyma obſidetur.*
721	*Romulus Veientes vincit.* I.I	29	*Salmanaſſar expugnat Samariam.*
	Romulus		*Nahum*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
713	*Romulus moritur.* I. I	37	
712	*Numa Pompilius, ſecundus Rex Romanorum pacificè regnat per annos* XLIII. I. 2	38	*Nahum Propheta.*
		81	*Ezechias, Manaſſes, Reges Iudæ.*
669	*Tullus Hoſtilius, tertius Rex Romanorum, regnat per annos* XXXII. I. 3		
664	*Pugna Tergeminorum.* I. 3	86	
662	*Alba diruta.* I. 3.	88	*Tarentus conditur.* I. 18
654		106	*Ammon Rex Iuda.*
637	*Ancus Marcius, quartus Rex Romanorum, regnat per annos* XXIV.	113	
624	*Oſtia condita.*	126	*Ioſias Rex Iuda.*

Tar- *Ioſias*

Anni ante Nat. Chr.	
613	*Tarquinius Priſcus, quintus Rex Romanorum, regnat per annos* XXXVIII.
599	*Tuſci vincuntur.* 1.5
588	
575	*Servius Tullius, ſextus Rex Romanorum, regnat per annos* XLIV. 1.6
563	*Cenſus inſtituitur.* 1.6
531	*Tarquinius Superbus, Rex Romanorum ultimus, regnat per annos* XXV. 1.7
524	*Sueſſa Pometia capitur.* 1.7
519	

Anni ab Urb. cond.	
137	*Joſias moritur, ſuccedunt filii.* *Nebucadnezar Hieroſolymam venit.*
151	*Daniel interpretatur Nebucadnezari ſomnium.* *Jeremias vaticinatur.*
162	*Galli in Italiam veniũt.* 1.13
175	*Ezechiel vaticinatur.*
187	*Jechonias olim Rex Iudæ carcere liberatur.*
219	*Cyrus Iudeos reſtituit.*
226	*Templum reficitur.*
231	*Septem Perſæ Regnum Magis eripiunt.* 3.5

Gabii *Darius*

Ann ante Nat. Chr		Anni ab Urb. cond.	
515	*Gabii Vrbs capitur.* 1.7	235	*Darius Rex Perſarum.* *Haggæus & Zacharias vaticinantur.*
514	*Capitolium conditum.* 1.7	236	*Babylon operâ Zopyri capitur.*
506	*Imperium Regibus abrogatur, cùm duraſſet annos* CCLIV. *Conſulatus origo.* 1.9 *Brutus filios ſecuri percutit.* 1.9 *Porſenna Romam obſidet.* 1.10 *Horatius, Mucius, Clœlia clarent.* 1.10 *Brutus & Aruns Tarquinius mutuis vulneribus cadunt.* 1.10	244	*Bellum Ionicum geritur.* *Pythagoras moritur.*
493	*Poſthumius dictator Latinos vincit.* 1.11	257	
491	*Plebs ſecedit in ſacrum montem.* 1.23 *Corioli*	259	*Darius*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
490	*Corioli capiuntur : unde Coriolanus.* 1. 11	260	
489		261	*Darius exercitum mittit contra Athenienſes.* 2. 8
488	*Coriolanus exulat.* 1. 22	262	
482	*Spurius Caſſius interficitur ob affectatum regnum.* 1. 26	268	
481		269	*Xerxes montem Athon perfodit.* 2.8
476	*Fabii privatum bellum cum Veientibus gerunt.* 1. 12	274	
470	*Volerone duce fracti Coſ. faſces.* 1.22	280	
468	*Appii exercitus non vult vincere.* 1.22	282	*Artaxerxes Rex Perſarum. Eſras Hieroſolymam venit.*
448	*Decẽviri creãtur.* 1. 24	302	
	Decem-		*Nehe-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
446	*Decemviratus tollitur.* 1.24	304	*Nehemias Hieroſolymam venit.*
			Herodotus hiſtoriam ſcribit.
425	*Spolia opima ſecunda.* 1.12	325	*Thucydides hiſtoriam ſcribit.*
410	*P. Poſthumius Albus trib. mil. conſulari poteſtate, lapidatur à militibus.* 1.22	340	*Bellum Siculum cum Athenienſibus.* *Dionyſius major Siciliæ tyrannus.*
401	*Veii obſeſſi.* 1.12 *Stipendia incipiunt.* 1.12	349	
399	*Hiematur ſub pellibus.* 1.12	351	*Artaxerxes Mnemon, Rex Perſarum.*
392	*Faliſci Camillo ſededunt.* 1.12 *Fidenæ conflagrant.* 1.12	358	
391	*Veii capti.* 1.12	359	*Plato philoſophatur.*
386	*Camillus exulat.* 1.22	364	
385	*Roma capta.* 1.13	365	*Pax tota Græcia.*
	Camillus		*Xe-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
384	*Camillus finitimos vincit. l. 13*	366	*Xenophon Hiſtoriam ſcribit.*
379	*M. Manlius de ſaxo Tarpeio deiicitur. l. 26*	371	*Ariſtoteles naſcitur.*
362	*C. Licinius Stolo, ſenatui conſortium conſulatus extorquet. l. 26*	388	
355	*Galli vincuntur ad Anienem. l. 13. indè Torquatus.*	396	*Philippus M. Rex Macedoniæ.*
343	*Galli vincuntur in agro Pomptino. l. 13 inde Corvini.*	407	*Templum Dianæ Epheſi conflagrat, dùm Alexander naſcitur. Dionyſius Corinthi.*
337	*Campani concedunt in ditionem Romanorum. l. 16 Unde natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter L. Manlius*	413	*Ale-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
334	*Manlius filium contra imperium pugnantem occîdit.* 1.14	416	*Alexander M. Rex Macedoniæ.*
332	*Roſtra nomen accipiunt ex ſpoliis Antiatibus.* 1.11	416	
			Darius Perſarum Rex interficitur.
			Hieroſolyma capitur à Ptolomæo.
			Agathocles Siciliæ tyrannus.
317	*Clades Caudina.* 1.19	433	*Theophraſtus philoſophatur.*
316	*Papirius Samnitibus jugum reponit.* 1.16	434	
307		443	*Lyſimachia condita.* 2.8
305	*Saltus Ciminius penetratus.* 1.17	445	*Demetrius Poliorcetes, Rex Aſiæ.*
303	*Decius Mus ſe devovet.* 1.17	447	
288	*Curius Sabinos vincit.* 1.15. *Hoc anno bello Samnitico finis impoſitus*	462	*Demetrius Poliorcetes, Rex Macedoniæ.*

Pyrrh

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	ſitus, cùm duraſſet annis L. 1.16		*Pyrrhus, Rex Macedoniæ.*
284	*Plebs ſecedit in Janiculum.* 1.25	466	*Ptolomæus Philadelphus, Rex Ægypti.*
281	*Dolabella Gallos vincit.* 1.13		
		469	
279	*Bellum Tarentinum.* 1.18	471	*Regnum Tuſcorum finitum.*
278	*Pyrrhus Tarentinis auxilio venit.* 1.18	472	*Ptolomæus Ceraunus, Rex Macedoniæ.*
	Pugnat cum Romanis ad Heracleam. 1.18	474	*Galli in Aſiam veniunt, unde Gallogræcia.* 2.11
276	*Iterũ ad Aſculum.* 1.18	477	*Aratus Phænomena ſcribit.*
			Sacra Biblia tranſlata per LXX. *interpretes.*
273	*Poſtremò in Aruſinis campis.* 1.18		
	Fabricius cenſor Rufinum notat. 1.18		
266	*Picentes vincuntur.* 1.19	484	
264	*Sallentini vincuntur.* 1.10	486	
263	*Volſinienſium ſervi puniuntur.* 1.21	487	

Hoc

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Hoc modo Italia facta Romanorum. 2. 1		
462	*Romani in Siciliam navigant.* 2.2	488	*Antigonus, Rex Macedoniæ Gallos vincit. Nicomedia conditur. Zeno Stoicus moritur.*
	Vnde natum bellum Punicum primum, quod duravit annis circiter XXIV.		
258	*C. Duillius Nepos Coſ. Pænos navali prælio ſuperat.* 2. 2	492	*Antiochus Theos, Rex Syriæ.*
	Cn. Cornelius Scipio Aſina Coſ. capitur à Pœnis. 2. 2		
257	*L. Cornelius Scipio Coſ. in Sardiniâ & Corſicâ Pœnos vincit.* 2. 2	463	*Ptolomæus Philadelphus cum Antiocho bellum gerit.*
256	*A. Attilius Calatinus Coſ. in Siciliâ Pœnos vincit.* 2.2	494	

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
254	*M. Atilius Regulus Coſ. bellum in Africam transfert.* 2.2	496	
253	*Xanthippus Regulum vincit.* 2.2	497	*Antigonus Athenas capit.*
248	*L. Cæcilius Mecilius Metellus procos. Pœnos cædit.* 2.2	502	*Aratus Sicyonius, Dux Achæorum.*
	Regulus pacem cum Pœnis diſſuadet. 2.2		
247	*P. Claudius Pulcer Coſ. claſſem amittit.* 2.2	503	*Ptolomæus Evergetes, Rex Ægypti.*
243	*M. Fabius Buteo Coſ. Pœnos cædit.* 2.2	507	
239	*C. Lutatius Catulus Coſ. primo bello Punico finem imponit.* 2.2	511	*Attalus Pergamenum regnum conſtituit.* *Arſaces Parthorum Regnum conſtituit.*
	Duravit autem annis XXIV.		
235	*Q. Fulvius Flaccus Coſ. Ligures vincit.* 2.3		

Ianus *Annibal*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
			Annibal patri jurat ad aram, ſe hoſtem Pop. Rom. futurum. 2. 6
233	*Janus clauſus.* 2. 3	517	
232	*Ligures Romanis bellum faciunt.* 2.3	518	
228	*Teutana legationem Rom. violat.* 2. 5	522	
227	*Illyrii vincuntur.* 2. 5	523	*Demetrius Rex Macedoniæ, Philippi pater, moritur.*
226		524	*Carthago Hiſpana conditur: de quâ.* 2.6
225	*Saguntus fœdere Romanorum & Pœnorum in libertatem excipitur.* 2 6	525	
223	*L. Æmilius Pappus Coſ. Gallos vincit.* 2.4	527	*Seleucus & Antiochus fratres, Syriæ Reges, moriuntur.*

Anni ante nat. Chr.

221 *C. Flaminius Nepos Coſ. Gallos vincit.* 2.4

220 *M. Claudius Marcellus Coſ. de Viridomaro Gallo opima refert.* 2. 4

217 *Saguntus deleta.* 2. 6

Romani legatione Carthaginem miſſâ, dedi poſtulant Annibalem. 2. 6

216 *Annibal Alpes tranſit.* 2.6. *unde bellum Punicum ſecundum, quod duravit annis circiter* XVI.

Cn. Scipio in Hiſpaniam mittitur. 2. 6. & 2. 17.

P. Cornelius Scipio, pòſt Africanus, prætextatus adhuc, patrem ſervat. 2.6

Annibal

Anni ab Urb. cond.

529 *Antigonus Tutor, Macedoniæ Rex, Spartam occupat.*

530 *Philippus, Rex Macedoniæ penultimus.*

533 *Philippus cum Ætolis bellum gerit. Antiochus cum Ptolomæo.*

Philippus Peloponneſum occupat.

534 *Attalus cum Gallis contra Achæum pugnat.*

Carthaginienſium claſſis ad recuperandã Siciliam miſſa, vincitur.

Hiero, Rex Syracuſanus, Romanos juvat.

Cn.

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
215	*Annibal Sempronium vincit.* 2. 6 *Et C. Flaminium Nepotem Coſ.* II. 2. 6 *P. Scipio procoſ. in Hiſpaniam venit.* 2. 6. & 2. 17 *Q. Fabius maximus Dictator Annibalem cunctando macerat.* 2. 6	535	*Cn. Scipio in Hiſpaniâ claſſem Carthaginienſiū capit, & Mandonium Hiſpaniæ regulum vincit.* *Antiochus vincitur à Ptolomæo.* *Philippus urbes aliquot Pæonum occupat, & cum Illyriis bellum gerit.*
214	*Clades Cannenſis.* 2. 6 *Annibal Capuam occupat.* 2. 6 *Ad Nolam vincitur à Marcello.* 2. 6 *Iterùm.*	536	*Antiochus Achæum bello perſequitur.* *Aſdrubal in Hiſpaniâ Carpeſios vincit.* *Pruſias, Rex Bithyniæ, Gallos cædit.*
213	*Sardi vincuntur à T. Manlio, ut alii, ſive, ut noſter à Graccho.* 2. 6 *Phi-*	537	*Antiochus Achæum Sardibus obſidet.* *Hiero, Rex Siciliæ, moritur.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	Philippus legatos de ſocietate mittit ad Annibalem. 2.7		*Hieronymus, Rex Siciliæ, cum Carthaginienſibus fœdus init.*
	Scipiones Aſdrubalem vincunt. 2.7		
212	*Tib. Sempronius Gracchus procoſ. Pœnos in Lucaniâ cædit.* 2.6	538	*Hieronymus, Rex Siciliæ, interficitur.*
			Saguntus reſtituitur.
	Marcellus Annibalem ad Nolam tertiò vincit. 2.6		*Philippus Aratum veneno tollit.*
	Marcellus in Siciliam mittitur. 2.6		*Achæus occiditur ab Antiocho.*
210	*Syracuſæ captæ.* 2.6	540	*Annibal Tarentum occupat. Centenium & Fulvium vincit.*
	Scipiones cæſi. 2.6		
209	*Annibal cum exercitu Romam contendit.* 2.6	541	*Antiochus Ptolomæi præfectos ex Syriâ pellit.*
	Capua recipitur. 2.6		*Valerius Lævinus cõtra Philippum res gerit.* 2.7

P.Cor- *Læ-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	P. Cornelius Scipio, mox Africanus, cum proconſulari imperio in Hiſpaniam mittitur. 2.6		
208	*Ærario deficiente privati opes ſuas reipub. conferunt.* 2.6	542	*Lævinus Coſ. Siciliam provinciam facit.* *Scipio Carthaginem novam unâ die expugnat* 2.6. & 2.17
207	*Fabius Tarentum recipit.* 2.6	543	*Philippus cum Romanis variâ fortunâ bellum gerit.*
206	*Attalus cum Romanis contra Philippum bellum gerit.* 2.2	544	*Marcellus Coſ. inſidiis Annibalis interficitur.* *Philopœmen Machanidã Lacedæmoniorũ tyrannum occidit.*
205	*Aſdrubal occiditur.* 2.6	545	*Scipio Hannonem Pœnorum ducem capit.*
202	*Scipio in Africam trajicit.* 2.6	548	*Ptolemæus Epiphanes Rex Ægypti.*

An-

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
			Scipio Syphacis caſtra incendit.
200	*Annibal Italiâ decedit.* 2.6	550	*Vermina Syphacis filius vincitur.*
	Vincitur à Scipione. 2.6. *& ita finitur bellum Punicum ſecundum, poſtquam duraverat annis circiter* XVI.		*Carthaginienſes pacem petunt, & impetrant à Scipione.*
199	*Scipio vocatur Africanus.* 2.6 *Athenienſes à Romanis auxilium petunt adverſus Philippum.* 2.7	551	*Philippus navali prælio vincitur ab Attalo & Rhodiis.* 2.7
198	*Philippus in ſepulchra & tẽpla Athenienſium ſævit.* 2.7	552	*Plautus poëta moritur.*
196	*T. Quinctius Flaminius Coſ. Aoum penetrat.* 2.7	554	*Cato prætor ſortitus provinciam Sardiniam ab Ennio ibidem Græcis literis inſtituitur.*
	Phi-		*Attalus*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
195	*Philippus vincitur ad Cynoſcephalas.* 2.7	555	*Attalus Rex Pergamenus moritur. Succedit Eumenes.*
194	*Quinctius Bœotos compeſcit.* 2.7	556	*Antiochus Lyſimachiam inſtaurat.*
193	*M. Porcius Cato Celtiberos vincit.* 2.17	557	*Annibal ad Antiochum venit.* 2.8
	Quinctius Nabin vincit. 2.7		*Græcorum libertas in Nemeis proclamatur.* 2.7
190	*Antiochus in Græciam trajicit.* 2.8	560	*Philopœmen cum Nabide bellum gerit.*
189	*Man. Acilius Glabrio Coſ. Antiochum pellit.* 2.8	561	*P. Cornelius Scipio Naſica Coſ. Bojos vincit.*
188	*Æmilius Regillus prætor claſſem Antiochi vincit.* 2.8	562	*Antiochus vincitur à Scipione.* 2.8
187	*M. Fulvius Nobilior Coſ. Ambraciam obſidet.* 2.9	563	*Cn. Manlius Vulſo Coſ. Gallogræcos vincit.* 2.11.
			Bononia colonia deducta.

Cn. P 4 *Afri-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
185	*Cn. Manlio negatur triumphus* 2.11	565	*Africanus accuſatur Romæ. Antiochus occiditur. Succedit Seleucus.*
179	*Perſeus cum Philippo patre in Hæmum montem aſcendit.* 2.12	571	*Fulvius Flaccus prætor Celtiberos vincit.*
178	*A. Poſthumius Albinus Coſ. Ligures exarmat.* 2.3	572	*Ptolomæus Epiphanes moritur. Succedit Ptolemæus Philometor.*
177	*Tib. Sempronius Gracchus Celtiberos vincit.* 2.17	573	*Philippus, Rex Macedoniæ, moritur. Succedit Perſes.*
176	*M. Manlius Vulſo Coſ. Caſtris exuitur ab Hiſtris.* 2.10	574	*Veſtæ ignis extinctus.*
175	*C. Claudius Pulcer Coſ. rem gerit contra Hiſtros.* 2.10	575	*Gracchus Sardos vincit. Seleucus moritur. Succedit Antiochus Epiphanes.*
168	*Africani filius Africanum minorem*	582	*Salondicus belli Hiſpanici concitor*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	norem adoptat. 2.15		*citor, opprimitur.* 2.17 *Antiochus Ægypto inhiat.*
167	*Q. Marcius Philippus Coſ. II. Macedoniam irrumpit.* 2.12	583	*Ennius poëta moritur.* *Antiochus Alexandriam obſidet.*
166	*Anicius prætor Gentium vincit.* 2.13 *L. Æmilius Paulus Coſ. II. Perſen vincit.* 2.12.	584	*Popilius legatus ad Antiochum.* *Antiochus Hieroſolymam occupat.* *Polybius in Italiam venit.*
164	*L. Æmilius Perſen in triumpho ducit.* 2.12	586	*Judas Maccabæus legem defendit.* *Antiochus moritur. Succedit Antiochus, ejus filius, tutore Lyſiâ.*
157	*M. Fulvius Nobilior procoſ. Ligures domat.* 2.3	593	*Terentius poëta moritur.* *Judas Maccabæus interficitur. Succedit Jonathas.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
154	*C. Marcius Figulus Coſ. II. Dalmatas vincit.* 4.12	596	*Ionathas & Simeon Amaraos per inſidias cadunt.*
			Jonathas pacem facit cum Bacchide.
150	*Carthaginienſes exercitum cõtra fœdus comparant.* 2.15	600	*Demetrius occiditur. Succedit victor Alexander.*
			Andriſcus Pſeudophilippus captus Romam deducitur.
149	*L. Licinius Lucullus Coſ. in Hiſpaniâ res gerit.* 2. 17	601	*P. Cornelius Scipio Æmilianus ſingulari certamine hoſtem ſuperat.* 2.27
147	*Bellum Punicum tertium incipit.* 2.15	603	*Andriſsus cuſtodiam elapſus occupat Macedoniam.*
	Carthago obſidetur. 2.15		*Cato Cenſorius moritur.*
146	*Q. Cæcilius Metellus Andriſcum vincit.* 2.14	604	*Pruſias, Bithyniæ Rex, à filio Nicomede interficitur.*
	Scipio		*Maſi-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
			Maſiniſſa moritur.
145	*Scipio contra ll. Coſ. factus, obſidionem Carthaginis urget.* 2.15	605	*Critolaus legatos Romanorum violat.* 2.16
144	*Metellus Achaos vincit.* 2.16 *Triumphat de Andriſco.* 2.14 *Carthago diruitur.* 2.15 *Corinthus diruitur.* 2.16	606	*Metellus appellatur Macedonicus.* 2.17 *Viriatus in Luſitaniâ Duces Romanos cadit.* 2.17 *Alexander Syriæ Rex interficitur. Succedit ei Demetrius. Ptolomæus Philometor moritur ex vulnere. Succedit Ptolomæus Phyſcon.*
143	*Q. Fabius Maximus Æmilianus Coſ. contra Viriatum mittitur.* 2.17	607	*Jonathas Demetrio auxilium mittit contra Antiochenos. Tryphon Demetrium pellit.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
			Jonathas occiditur. Succedit Simon. Simon cum Demetrio fœdus init.
141	*Q. Cæcilius Metellus Macedonicus res in Hiſpaniâ gerit.* 2.17	609	*Simon arcem Sionis capit.*
139	*Q. Pompeius Rufus Coſ. turpe fœdus cum Numantinis icit.* 2.18	611	*Tryphon, Antiocho pupillo necato, Syriæ regnum invadit.*
138	*Viriatus à ſuis interficitur.* 2.17	612	*Antiochus Sedetes ejecto Tryphone Syriam occupat.*
136	*Dec. Junius Brutus Coſ. in Hiſpaniâ res gerit.* 2.17	614	*Tryphon interficitur.*
135	*C. Hoſtilius Mancinus Coſ. turpe fœdus cum Numantinis icit.* 2.18	615	*Joannes Hyrcanus, Simonis filius, Cendebeum vincit.* *Brutus Gallæcos vincit.* 2.17
133	*Eunus ſervile bellum*	617	*Simon, Ethnarches*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	bellum concitat. 3. 19		*ches Judæorum, occiditur.*
	Hypſæus prætor à ſervis vincitur. 3.19		*Antiochus Hieroſolymam obſidet.*
132	*P. Cornelius Scipio Africanus Coſ.* II. *contra Numantinos mittitur.* 2.18	618	*C. Fulvius Flaccus Coſ. contra ſervos in Siciliam mittitur.*
131	*Tib. Sempronius Gracchus leges ſeditioſas promulgat.* 3. 14	619	*L. Calpurnius Piſo Frugi ſervos vincit.*
130	*Numantia diruitur.* 2.18 *M. Perperna prætor, ovans de ſervis, Urbem ingreditur.* 3.19	620	*P. Cornelius Scipio Africanus triumphat de Numantinis.* 2.18
129	*Ariſtonicus Aſiam occupat.* 2. 20 *P. Licinius Craſſus Mucianus Coſ. ab Ariſtonico capitur.* 2.20 *M. Perperna Coſ.*	621	*Cenſus actus Romæ: cenſa civium Romanorum* 313823. *præter pupillos & viduas.* *Antiochus Sedetes occiditur.*

Ari- *Ptolomæus*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	Ariſtonicum vincit capitque. 2. 20		
127	*Man. Aquilius Coſ. reliquias Aſiatici belli conficit.* 2. 20	623	*Ptolomæus ſorori filium, quem ex eâ ſuſtulerat, membratim conciſum mittit.* *Alexander Zebina Syriæ regnum invadit.*
123	*Maſſilienſes queruntur de Salyis.* 3. 2 *M. Fulvius Flaccus Coſ. contra Salyos proficiſcitur.* 2.3	627	*Antiochus Gryphus regnum Syriæ vindicat.* *Alexander Zebina interficitur.* *Polybius moritur.*
121	*C. Gracchus ſeditioſas leges fert.* 3.15 *Q. Cæcilius Metellus Coſ. adverſùs Baleares mittitur.* 3. 8	629	*Aquæ Sextiæ, quarum mentio 3.3. conditæ.* *Carthago colonia deducta.*
119	*Cn. Domitius Ahenobarbus procoſ. Allobroges vincit.* 3.2.	631	*C. Gracchus interficitur.* 3.15
118	*Q. Fabius Maximus*	632	*Antiochus Cyzicenus*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	ximus Æmilianus procoſ. Bituitum vincit. 3.2		*zicenus fratri de regno controverſiam movet.* *Ptolomæus Phyſcon moritur.*
113	*Iugurtha fratribus inſidias ſtruit.* 3.1	637	*M. Æmilius Scaurus Coſ. Ligures vincit.*
112	*C. Porcius Cato Coſ. vincitur à Scordiſcis.* 3.4	638	*Antiochus Cyzicenus à fratre Grypo vincitur.*
111	*Didius Thraces vincit.* 3.4	639	*Cimbri vagantur.* 3.3
110	*Iugurtha fratrem Adherbalem necat.* 3.1	640	*Antiochus Cyzicenus exercitu reparato Grypum vincit.*
	M. Livius Druſus Coſ. Scordiſcos vincit. 3.4		
109	*L. Calpurnius Beſtia Coſ. contra Jugurtham mittitur.* 3.1	641	*Magna pars Urbis conflagrat, unà cum æde Magnæ Matris.*
108	*Jugurtha Romam venit.* 3.1	642	*M. Minucius Coſ. in Thraciâ res gerit.* 3.4 *Samaria exſcinditur à Joanne Hyrcano.*
	A. Poſthumii Albini exercitus corrumpitur à Jugurthâ. 3.1		
	Q. Ca-		*M. Ju-*

Anni ant. nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
107	*Q. Cæcilius Metellus Coſ. contra Jugurtham proficiſcitur.* 3.1	643	*M. Iunius Silanus Coſ. vincitur à Cimbris.* 3.3
106	*Metellus Thalam capit.* 3.1	644	
105	*C. Marius Coſ. Capſam capit.* 3.1 *Jugurtham & Bocchum Reges vincit.* 3.1	645	*Metellus triumphat ex Numidiâ, & appellatur Numidicus.* *L. Caſſius Longinus Coſ. vincitur & occiditur à Cimbris.* *Pompejus Magnus naſcitur.*
103	*Bocchus Jugurtham Syllæ tradit.* 3.1	647	*Cn. Mallius Coſ. & Q. Servilius Cæpio procoſ. vincũtur à Cimbris.* 3.3 *Ioannes Hyrcanus Pontifex moritur. Succedit Ariſtobulus, qui pontificatum in regnum commutat.*
	Marius Jugurtham in triumpho ducit. 3.1		
102	*C. Marius Coſ. II. adverſus Cimbros movet.* 3.3 *Lucius*	648	*Ariſtobulus Iudæorum Rex moritur.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
			ritur. Succedit Alexander.
101	*Lucius Licinius Lucullus caſtris exuitur à ſervis.* 3.19	649	*C. Lucius Satyrarum ſcriptor, moritur.*
100	*C. Marius Coſ.* IV. *Theutones cadit.* 3.3	650	*Archias Poëta Romam venit.*
99	*Man. Aquilius Coſ. cum ſervis debellat.* 3.19	651	
	C. Marius Coſ. V. *Cimbros cadit.* 3.3		
98	*C. Marius Coſ.* VI. *Saturninum fovet.* 3.16	652	*Saturninus occiditur.* 3.16 *C. Iulius Cæſar naſcitur.*
	Metellus Numidicus exulat. 3.16		*Ptolomæus Lathurus à matre regno pellitur. Alexandrum Iudæum vincit.*
92	*P. Rutilius damnatur repetundarum.* 3.17	658	*Antiochus, Cyziceni filius, Seleucum regno Syriæ exuit. Antiochus, Seleuci frater occiditur.*
	M. Li-		*Ale-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
90	*M.Livius Druſus ll. fert.* 3.17	660	*Alexander, Rex Judæorum*, VI. M. *eorundem occidit.*
89	*Interficitur.* 3.17	661	*Alexander, Rex Judæorum*, L. M. *eorundem occidit.*
88	*Bellum Sociale exoritur.* 3.18 *P.Rutilius Lupus Coſ. vincitur ab Italis.* 3.18	662	*Alexander, Rex Ægypti, matrem occidit.* *Alexander, Rex Judæorum, Phariſæorum ſeditionibus premitur.*
87	*L. Sylla vincit Samnites.* 3.18	663	*Demetrius Eucærus capitur à Parthis.*
86	*Bellum civile Marianum oritur.* 3.21	664	*Cives Romani in Aſiâ juſſu Mithridatis occiduntur.* 3.5
85	*L. Cornelius Cinna Coſ. Urbe pellitur.* 3.21 *Marius & ſocii Urbem occupant.* 3.21	665	*C. Marius, Coſ.* VII. *moritur.* 3.21 *Cicero Moloni Rhodio rhetori dat operam.*
84	*Sylla Mithridaticos vincit.* 3.5	666	*Athenæ captæ.* 3.5

Sylla *C.Sal-*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
			C. Salluſtius Criſpus, Hiſt. Romanæ princeps naſcitur.
81	*Sylla redit in Italiam contra Marianos.* 3.5.& 3.21	669	*Templum Delphicum incenditur à Thracibus.* *Capitolium conflagrat.*
80	*C. Marius, Marii filius Coſ. opprimitur.* 3.21 *Pontius Teleſinus opprimitur.* 3.21	670	*L. Licinius Murena bellum Mithridaticum renovat.* *Sylla Tribunorum poteſtatem minuit.* *Ptolomæus Lathurus moritur. Succedit Ptolomæus Auletes.*
77	*Ap. Claudius Pulcer Coſ. in Thraciâ res gerit.* 3.4 *P. Servilius Vatia Coſ. Iſauros vincit.* 3.6	673	*Cicero Athenas navigat, Antiocho philoſopho operam daturus.* *Sylla ſponte dictaturam deponit.*
76	*M. Æmilius Lepidus Coſ. civile bellum*	674	*Alexander Rex Judæorum moritur.*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	bellum movet. 3.23		*tur. Succedit uxor Alexandra.*
75	*Cn. Pompeius contra Sertorium mittitur.* 3.22	675	*Cicero è Græciâ Romam redit.*
74	*C. Scribonius Curio Coſ. in Thraciâ res gerit.* 3.4	676	*Capitolium reſtituitur.* *Cicero Quæſturam petit.* *Nicomedes, Bithyniæ Rex, moritur, hærede relicto Populo Romano.*
72	*M. Antonius vincitur à Cretenſibus.* 3.7	678	*Sertorius cum Mithridate fœdus init.* 3.22
71	*L. Licinius Lucullus Mithridatem vincit ad Cyzicum.* 3.5 *Spartacus cum gladiatoribꝰ bellum Populo Romano facit.* 3.20	679	*Arioviſtus Germanorum Rex, in Galliam tranſit.* *Pompejus proſperè res gerit contra Sertorium.*
70	*Cn. Cornelius Lentulus Clodianus Coſ. vincitur à Spartaco.* 3.20	680	*Lucullus Mithridatem in Pōtum fugat.*
69	*Sertorius interficitur à ſuis.* 3.22	681	*Mithridates in Armeniâ fugit.*
	C.Caſ-		*Vir-*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	C. Caſſius Varus procoſ. vincitur à Spartaco. 3.20.		*Virgilius naſcitur. Alexandra Iudæorum regina moritur, filius ejus minor Ariſtobulus fratre dejecto ſuccedit.*
66	*Q. Cæcilius Metellus in Cretam mittitur. 3.7*	684	*Lucullus Niſibin capit.* *Triarius Mithridatem vincit.*
65	*Pompeio bellum Piraticum decernitur. 3 6*	685	*Mithridates Triarium ingenti clade afficit.* *Cicero præturam petit.*
64	*Pompejus contra Mithridatem proficiſcitur. 3.5* *M. Terentius Varro triumphat de Thracibus, 3.4*	686	*Pompeius Mithridatem nocturno prælio vincit. 3.5* *Lucullus ob magnificentiã & luxuriam Xerxes togatus appellatur.*
63	*Pompeius in Iberos, Albanos, &c. movet. 3.5*	687	*Hyrcanus Ariſtobulum fratrẽ obſidet Hieroſolymis.*
62	*Proficiſcitur in Syriam.*	688	*Cicero conſulatum*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Syriam. 3.5		*tum petit.*
61	*Pompeius Hieroſolymitanũ templum intrat.* 3.5	689	*Mithridates moritur.* 3.5
	Catilinæ conjuratio diſcutitur. 4.1		*Auguſtus Cæſar naſcitur.*
			Julius Cæſar fit Pontifex Maximus.
			Lucullus triumphat.
60	*Metellus Creticus appellatur.* 3.7	690	*P. Clodius uxorem Cæſaris violat.*
			Helvetii de invadendâ Galliâ deliberant. 3.10
57	*Julia, Cæſaris filia, Pompeio nubit.* 4.2	693	*Meſſala Corvinus orator naſcitur.*
			Titus Livius naſcitur.
56	*Cæſar Helvetios, & Arioviſtum vincit.* 3.10	694	*Cicero exulat.* *Clodius Pompeium inſidiis petit.*
55	*Item Belgas.* 3.10	695	*Cicero redit.*
54	*Et Venetos.* 3.10	696	*Orationem habet pro Sextio &c.*
53	*Rhenum tranſit.*	697	*Gabinius Ptolo-*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	ſit. 3.10 *In Britanniam trajicit.* 3.10		*lomanum Regno pulſum reſtituit.* *Alexander Ariſtobuli filius, Judæam ſubigere tentat fruſtra.*
52	*M. Craſſus in Parthos movet.* 3.11 *Cæſar iterùm in Britanniam trajicit.* 3.10	698	*Gabinius Nabathæos vincit.* *Romam reverſus accuſatur primum à Cicerone, mox defenditur: damnatur tamen.*
51	*M. Craſſus interficitur.* 3.11 *Julia Pompeii conjux moritur.* 4.2 *Cæſar ponte facto Rhenum penetrat.* 3.10	699	*Caſſius ſuperſtites cladis Craſſianæ in Syriâ colligit.* 3.11 *Labienus, Cæſaris legatus, Treviros uincit.* *Cicero creatur Augur.* *Clodius occiditur à Milone.*
50	*Cæſar mediâ hieme in Galliam redit.* 3.10 *Cæſari*	700	*Lucretius poëta per furorẽ manus ſibi infert.* *Cicero,*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Cæſari conceditur abſenti petere conſulatum. 4.2		*Cicero libros ſcribit de Finibus.*
49	*Cæſar conſulatum more majorum petere jubetur.* 4.2	701	*Cicero in provinciam Ciliciam proficiſcitur.*
			Cenſa civium capita 320000.
47	*Cæſar Brundiſii Pompeium obſidet.* 4.2	703	*Scribonius Curio Siciliam occupat pro Cæſare.* 4.2
			Occiditur in Africâ. 4.2
46	*Cæſar Pompeium vincit.*	704	*M. Cælius & Milo occiduntur.*
45	*Et Ægyptios.* 4.2	705	*Cicero Cæſari obviam progreditur.*
44	*Item Jubam Regem & Scipionem.* 4.2	706	*Cicero orationes habet ad Cæſarem pro M. Marcello, & Q. Ligario.*
	Cæſar triumphat. 4.2		
	Creatur dictator perpetuus. 4.2		*Herodes Galilææ præficitur ab Antipatro patre.*
43	*Cæſar ad Mundam Pompeii liberos vincit.* 4.2	707	*C. Caninius in paucas horas Coſ. fit.*
	Inter-		*Octa-*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
42	*Interficitur.* 4. 2 *Amneſtia decernitur.* 4.7	708	*Octavius Romam venit.* *Sex. Pompeius bona paterna repetit.* 4.3
41	*Brutus & Caſſius in provincias ſuas abeunt.* 4.7 *Cæſar Octavianus Antonium ab obſidione Mutinæ repellit.* 4.4 *Triumviratus Cæſaris, Antonii & Lepidi.* 4. 6 *Cicero occiditur.* 4. 6	709	*C. Trebonius, unus ex percuſſoribus Cæſaris, à Dolabellâ interficitur.* *Caſſius Judæam ſpoliat.* *Ovidius naſcitur.* *Antipater, Herodis pater, interficitur.*
40	*Caſſius & Brutus pereunt.* 4.7	710	*Sextus Pompeius Siciliam occupat.* 4.8
39	*L. Antonius Coſ. obſidetur ab Auguſto Peruſiæ.* 4.5 *Veni-*	711	*Pacorus Hieroſolymam occupat.* *Antigonus patruo Hyrcano auriculas præcidit, ne receptum haberet ad pontificatum.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
			catum.
36	*Ventidius Pacorum occidit.* 4.9	714	*Aſinius Pollio Dalmatas vincit.* 4.12
	Bellum cum Sex. Pompeio exoritur. 4.8		*Auguſtus Liviam ducit.* *Herodes Hieroſolymam capit.* *M. Vipſanius Agrippa Gallos vincit.*
34	*Pompeius Siciliâ pellitur.* 4.8 *Antonius rem malè gerit in Parthis.* 4.10	716	*Lepidus triumvir ab Auguſto omni potentiâ exuitur.* *Hyrcanus, qui hactenus apud Parthos commoratus erat, ad Herodem venit.*
33	*Sex. Pompeius occiditur.* 4.8	717	*Pannonii vincuntur.* 4.12
32	*Octavius vulneratur in Illyriis.* 4.12	718	*Antonius Artavaſdem, Armeniæ Regem, dolo irretitum capit.* *Salluſtius moritur.*
	Bel-		*He-*

Anni ante Nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
30	*Bellum civile inter Cæſarem & Antonium.* 4.11	720	*Herodes cum Arabibus bellum gerit.*
			Atticus, amicus Ciceronis moritur.
29	*Pugna Actiaca.* 4.11	721	*Agrippa Bogudem, Mauritaniæ Regem, occidit.*
28	*Antonius & Cleopatra ſe perimunt.* 3.11	722	*Catullus poëta moritur.*
			Ægyptus, provincia facta per Equites Rom. adminiſtratur.
27	*M. Craſſus Myſos vincit.* 3.12	723	*Auguſtus triumphat.*
			Senatum purgat.
25	*Octavius appellatur Auguſtus.* 3.12	725	*Herodes Mariamnem, conjugem ſuam, occidit.*
24	*Auguſtus Cantabros bello petit.* 4.12	726	*Cornelius Gallus poëta, præſes Ægypti, mortem ſibi conſciſcit.*
	His poſt quinquennium perdomitis, tota deniq; pacatur Hiſpania,		*Herodes Alexandram ſocrum interficit.*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. cond.	
	nia, cùm in eâ dimicatum eſſet Romanis per annos CC. *circiter.* 2.17		
23	*C. Antiſtius Cantabros vincit.* 4.12 *Templum Iani clauditur.* 4.12	727	*Terentius Varro Salaſſos vincit.* *M. Vinicius Germanos ſuperat.*
20	*Cantabri ſemetipſos perimunt.* 4.12	730	*Pantheon ab Agrippâ ædificatur.* *Virgilius moritur.*
17	*Indorum legatio ad Auguſtum venit.* 4.12 *Parthi ſigna reddunt.* 4.12	733	*Herodes templum inſtaurat.* *Auguſtus Caium & Lucium nepotes adoptat.* *Horatius carmen ſeculare ſcribit.*
13	*Druſus Rhætos vincit.* 4.12	737	*Cyzicenis libertas redditur.* *Druſus Friſios ſubigit.*
9	*L. Piſo Thracas vincit.* 4.12	741	*Druſus, Rheno & Lupiâ tranſmiſſis, ad Viſurgim uſq; procedit.*
	Druſus		*Claudius*

Anni ante nat. Chr.		Anni ab Urb. Cond.	
	Druſus Cattos & Sicambros ſuperat. 4.12	742	*Claudius Imperator naſcitur. Tiberius Juliam, Auguſti filiam, uxorem ducit.*
7	*Druſus mortuus Germanici cognomine honeſtatur.* 4.12	743	*Tiberius Dalmatas & Pannonios ſubigit.*
Anni poſt N.C.			*Herodes filios ſuos interficit.*
		750	*Jeſus Chriſtus naſcitur. Herodes moritur.*
2	*C. Julius Cæſar Coſ. vulneratur in Armeniâ.* 4.12	752	*Tiberius ex ſeceſſu Rhodienſi Romam redit.*
3	*Lucius Cæſar moritur.* 4. 12	753	*Aſconius Pedianus floret.*
	C. Cornelius Lentulus Coſſus Gætulos vincit. 4.12		*Athenodorus Philoſophus Stoïcus floret. Tiberius in Germaniâ res gerit.*
10	*Quinctilius Varus occiditur à Germanis.* 4.12.	760	*Pannonii rebellant ducibus Batonibus.*

EPILOGUS CHRONOLOGIÆ.

ATQUE hæc Chronologica ex accuratiſſimis temporum & annalium ſcriptoribus adjecimus, ut eſſent, unde quæ priùs, quæve poſterius eorum, quæ ab hoc Authore memorantur, geſta ſint, citra laborem cognoſceres. Addidimus autem ex alienis quoque hiſtoriis, ſacris præcipuè, notiſſima quæque, ut ad aliquod inſtar ſynchroniſmi memoria certiùs confirmaretur. Ea quidem, quæ eodem tempore evenerunt, ſtatim è numerorum ſuorum regione, alia inter id ſpatium, quo geſta ſunt, annorum numero, non accuratè ſignato. Tempora autem ipſa, ad annos ante natum Salvatorem, item ab Urbe conditâ retulimus: qui tamen aliquot ferè menſibus diſcrepant, quin & ipſe conditæ Urbis annus controvertitur. Sed hæc non utique magnum, in hoc propoſito, quo rerum apices non exquirimus, impedimentum adferent. Sicut nec iſtud, quod æra Chriſtiana non planè reſpondet receptæ conſuetudini.

FINIS CHRONOLOGIÆ.

AOA 1471837